This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

STANFORD UNIVERSITY LIBRARY
1969

No. 15.

DE DOCUMENTIS ORATORIBUS ATTICIS INSERTIS
ET
DE LITIS INSTRUMENTIS PRIORIS ADVERSUS STEPHANUM ORATIONIS DEMOSTHENICAE.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE ALBERTINA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE XIX Mensis Martii A. MDCCCXCII
HORA XI
UNA CUM THESIBUS ADIECTIS
PUBLICE DEFENDET

HENRICUS SCHUCHT
LIEBWALDENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:
ARTHURUS BORK, CAND. PROB.
ERNESTUS BURDACH, STUD. PHIL.

REGIMONTI.
EX OFFICINA ERLATISIANA.
MDCCCXCII.

EL
1141.
Siegfried Kramer
-6. Sep. 1928

PA 3950
S7S3

A.84592

ALFREDO SCHOENE

PIETATIS ERGO

S.

Hominibus insita, ut ita dicam, verecundia rerum per saecula memoriae traditarum saepissime fuit impedimento, quominus viri docti, qui antiquitatis monumenta perpenderent et reliquias, quid genuinum putandum esset an fictum, recte intellegerent. Sed cum passim viderent difficultates ipsorum credulitate ortas, res traditas alias aliis repugnantes plerumque ita componere conati sunt, ut coniecturis arteque interpretandi adhibitis scriptorum verbis succurrerent. Velut in hac quoque quaestione, quam de documentis apud oratores Atticos exstantibus renovaturus sum, per complura saecula homines docti, priusquam documenta spuria esse intellexissent, multa subtilius quam verius excogitaverunt, quibus tolli suspicionem putarent, ita tamen, ut alter alterum statim refutaret, nemo fere, quid suae ipsius sententiae deesset ad fidem faciendam, nesciret.

Atque priorum inventa[1]) hoc loco fusius refutare

---

1) Palmeri exercitationes 1668 pag. 625. 452. Dodwell de veteribus Graecorum et Romanorum cyclis 1701, dissert. III sect. 41 pag. 192 sqq. Corsini Fasti Attici 1744, I pag 296 Florenti. Schoemann dc comitiis Atheniensium Gryphiswald. 1819 pag. 139 sqq.

Contareni Variae lectiones XVII pag. 87. 94 sqq.

Boeckh Opusc. acad. IV. pag. 266 sqq.

Spengel Mus. Rhen. 1828 pag. 367 sqq.

Boehnecke Forschungen auf d. Gebiet d. att. Redn.

meo iure supersedeo, praesertim cum iis quibus post utar argumentis, rem ad finem perduci posse putem; Droysenium[1]) vero omnium, qui adhuc quaestionem hanc difficillimam adierunt, facile primas agere partes nemo negaverit, cum primus ille temporibus, quibus quidque tribuendum esse aliunde constabat, in ordinem redactis multa in documentis quibusdam inesse probaverit, quae neque ulli temporum rationi responderent et ab Atheniensium publice institutis Atticoque sermonis usu plane abhorrerent. Atque postquam docuit vir ille doctissimus, decreta nonnulla sine dubio ficta esse, fundamenta quasi iecit quaestionis nostrae, quibus omnes, quae post Droysenium emissae sunt hac de re nituntur sententiae. Cum enim ante eum doctissimus quisque id sibi sumeret, ut documenta vel argutissimis longeque petitis argumentis defenderet, illius auctoritate res in eum locum deducta est, ut de omnibus documentis dubitare liceret, nisi quis ea genuina esse ostendisset. Itaque ut fere fit, post Droyseni libellum editum in contrarium inciderunt errorem viri docti, ut iam omnia oratorum documenta reicienda esse putarent: cum subito lapis Atticus[2]) documenta Macartateae et Aristocrateae nonnulla defendit. Duas igitur rationes hac in quaestione sequi debemus, ut et in documentis ea quae suspicionem moveant, diligenter colligamus nec temere ea ut ficta reiciamus.

---

1) Zeitschrift f. d. Altertumswissenschaft 1839 pag. 537 sqq et 1845 pag. 22 sqq.

2) U. Koehler, Hermes II, 1867 pag. 27 sqq.

I.

Quaestio quae est de documentis oratoribus Atticis insertis, adumbratur.

Cum post Droyseni libellum iam inter omnes constet, documenta nonnulla esse spuria, si oratoribus Atticis fuisse morem putamus, ut ipsi decreta una cum libris ederent, genuina decreta funditus periisse, deinde aut e tabulariis addita aut ab interpolatoribus ficta esse concedendum est. Sed quis non videt, hanc sententiam miram ac plane inauditam esse? Quamquam dixerunt viri docti, rhetores cum rerum ad ipsam historiam eiusque fidem pertinentium minime curiosi in dicendi tantum genus atque artem inquisivissent, documenta omisisse; at rhetores illi fuerunt librarii, qui ita verba tradita mutilarent? An si quis talia neglegebat, satis plena ratio fuit, cur e libris omnino eicerentur? Nisi forte librarii ipsi quasi critici in scribendo ea reicienda esse iudicaverunt. Quid, quod id ipsum, quod postea restitui coepta sunt documenta, docet, viros doctos ea desiderasse, quippe qui in oratoribus interpretandis ad rem plane absolvendam optimo iure id quoque studerent, ut tempora oratorum quaeque in illis gesta essent, in mentem sibi revocarent omniaque arcesserent, quibus oratorum sententiae ac verba plana fierent. Itaque ego quidem contendo, quod postea ab aliis inserta sunt documenta, gravissimo fieri argumento, ipsos oratores nusquam talia addidisse. Deinde quam proposui sententia per se quoque est verisimillima. Ubique oratores, priusquam documentum aliquod scribae recitandum tradant, rem suis verbis exponunt, ita ut nusquam illa desi-

derentur ad intellegendum, quid orator sentiat; nam etiamsi nobis multa minus obscura essent, si haberemus documenta, illud tenendum est, oratores non nostra causa verba fecisse, sed apud homines suae nationis suaeque aetatis, qui etiam sine documentis, quae is qui verba faciebat, significaret, facile intellegebant. Tum si reputamus, documenta procul dubio saepissime oratoris callida interpretatione in eius, cui orationem scripserat, commodum conversa esse, eo minus fieri potuit, ut orator ea, quae paulo ante false ac captiose interpretatus esset, verbis suis adscriberet. Velut in Aeschinea, ubi ius et leges ab Aeschinis partibus steterunt, non ex Demosthenis usu fuisset, documenta una cum oratione edere. Droysenius[1]) vero si sententiam contrariam profitetur, vereor ne nimis nostrorum temporum mores respexerit, quibus per acta diurna, commentarios, diaria, alia hominum existimationem gubernare solemus; veterum autem orationes non sunt libelli in cuiusdam factionis usum editi, sed mera perfectae eloquentiae exempla. Qua de causa oratores non documenta solum, sed alia quoque quae ad ius probandum pertinent, omittere solent velut Lys. 13,30 et 32 altercationes. Apud Aeschinem 2,47 ,ubi orator a Demosthene postulat, ut servos torquendos tradat, nihil legimus nisi lemmata *μαρτυρία πρόκλησις*, cum tamen manifestum sit, legatorum testimonio recitato Aeschinem verba quaedam fecisse cum Demosthene, quae consilio in editam orationem non recepit.

Sed ut quaestionem, utrum mos fuerit oratoribus

---

1) Ztschft. f. d. Altertmsw. 1845 pag. 14.

documenta inserendi necne, absolvamus, primum quae documenta et a quibus servata sint, enarrabo. Documentis non locus datur apud Hyperidem, desunt apud Isocratem, Antiphontem, Dinarchum. Uno tantum loco inveniuntur apud Lysiam 10,16 ,apud Lycurgum 81, apud Isaeum 11,11.[1]) In prima utraque oratione leguntur Andocidis omissis testimoniis et Aeschinis[2]) usque ad § 68, apud Demosthenem passim his in orationibus:

or. 18 usque ad § 187 omnia; desunt inde a § 212.
or. 20 in § 27 sola lex exstat.[3])
or. 21 usque ad § 169 omnia; desunt inde a § 175.
or. 23 usque ad § 87 omnia (et hae quidem leges) desunt inde a § 89.
or. 24 usque ad § 151 omnia.
or. 35 omnia; oratio est §§ 56.[4])
or. 37 solum ἔγκλημα, sed non totum legitur.
or. 43 omnia; oratio est §§ 84.
or. 45 omnia; oratio est §§ 88.
or. 46 omnia; oratio est §§ 28.
or. 56 συνθηκῶν partes §§ 36 et 38.[5])
or. 59 omnia; oratio est §§ 126.

Videmus igitur, documenta in longiorum orationum fine deesse, ita tamen, ut omnia, quae antecedebant, servata sint. Atque ut orationes civiles 17 pri-

1) Tota lex in orationis quoque contextu legitur.

2) Exstat praeterea oraculum 3, 112 ,quod servavit Pausanias 10, 37.

3) Verbotenus fere exstat in orationis quoque contextu.

4) Documentum § 37 ex § 10 repetitum in nonnullis codicibus deest.

5) Et hae ex oratione sumptae esse possunt.

mas omittamus, e quibus in quarta et nona solis occasio dabatur documenta inserendi, trium sequentium orationum publicarum, quas ipse habuit Demosthenes, primae documenta addita sunt. Orationi quoque Midianae, quam ipse pro se habuit vel potius habere voluit, documenta inserta sunt itemque duobus sequentibus (in oratione contra Androtionem habita decretis non est locus) *λόγοις δικανικοῖς δημοσίοις*, quos aliis conscripsit orator. Oratio 35 scripta est de pecunia ad commercium credita, oratio 37 rem habet cum metallis, oratio 43 habita est in causa hereditaria, 45 et 46 arte inter se cohaerentes in causa falsi testimonii, oratio denique 59, quamvis ad ius publicum pertineat, tam diversa est ab aliis huiusmodi orationibus Demosthenicis, ut huic quoque tamquam singularis generis speciei decreta addita sint. Apparet igitur, documenta singulis cuiusque generis orationibus inserta esse quasi exempla. Eadem de causa apud Aeschinem et Andocidem in prima tantum oratione inveniuntur documenta, quamquam aliae velut Aeschinis 2 et 3, multo magis ea requirunt, ne commemorem Dem. oratt. 4 et 9; 19 sqq. Neque alio modo intellegi potest, cur orationes longiores documenta non ad finem usque adhibeant[1]): scilicet orationes in scholis per certum quoddam tempus non usque ad finem recitari commentariisque instrui poterant. Commodum igitur haud scio an sit, hoc loco scholiorum similitudinem meminisse, quae quo longius producuntur, eo rariora et tenuiora fieri solent.

---

1) Igitur Christii argumenta refutantur; cf. Abhandlg. d. Bayr. Akad. 1882 XVI pag. 201 sqq.

Illud quoque mihi aptum visum est ad indolem et auctoritatem documentorum diiudicandam disquirere, quid de lemmatis putandum sit, quae aut omissa documenta indicant aut servatis sunt praescripta. Ac primum quidem in universum statuendum est, priusquam testimonia recitentur, oratores aut dicere *κάλει τοὺς μάρτυρας* vel *μάρτυρας παρέξομαι* vel simile quid, aut *μαρτυρίας ἀναγίγνωσκε* vel talia; primi deinde generis enuntiatis respondere lemma *μάρτυρες*, alterius lemma *μαρτυρίαι* vel *μαρτυρία*. Ubi vero unus tantum testis in tribunal ascendere iubetur[1]) ,nunquam sequitur lemma *μάρτυς*, sed *μαρτυρία*. Nonnullis tamen locis invenimus *μαρτυρίαι* pro *μάρτυρες* velut Dem. 47, 44. 57, 14. 59, 34. 48. Aesch. 1, 115. 2, 134. 170, nunquam vero, ubi *ἀναγνώσεται τὴν μαρτυρίαν* seu similia dicta sunt, lemma *μάρτυρες* usurpatur.

Atque cum voces illae *μαρτυρίαι* et *μάρτυρες* in singulis orationibus promiscue ponantur, inde probari censeo, non oratores ipsos lemmata addidisse, sed grammaticos quosdam ex oratorum verbis, quae antecedebant, ea finxisse. Sed alia quoque reputemus.

Passim cum legantur lemmata simplicia velut *νόμος*, *μάρτυρες*, *μαρτυρία*, *συνθῆκαι* ,haud raro etiam occurrunt enuntiata pleniora velut Dem. 18, 90 *ψήφισμα Βυζαντίων*. 166 *ἀπόκρισις Ἀθηναίοις*. 181 *ψήφισμα Δημοσθένους*. 19, 61 *συμμαχία Φωκέων καὶ*

---

1) Apud Lys. 13, 79. 31, 23 et Isae. 5, 27 adhuc legebatur *μάρτυς*. Postquam autem Schoellius Hermes XI pag 214 loco Lysiae priore e codice Palatino *μαρτυρία* restituit, ceteris quoque duobus locis *μαρτυρία* scribendum esse coniciam Alio loco Isae. 9,19, ubi unus testis advocatur, rectius *μαρτυρία* legitur.

Ἀθηναίων. 247 *ἰαμβεῖα Σοφοκλέους ἐξ Ἀντιγόνης*. 18, 217 *ψήφισμα θυσιῶν*, 24, 19 *ἐπιχειροτονία νόμων*. 24, 105 *νόμοι κλοπῆς κακώσεως γονέων ἀσιρατείας*. 148 *ὅρκος ἡλιαστῶν*. 20, 86 *ψήφισμα τῶν Χαβρίου τιμῶν*. 23, 151 *ψήφισμα περὶ τῶν ὁμήρων*. 59, 78 *ὅρκος γεραιρῶν*. cf. 19, 187. 21, 130. 23, 22. 45, 31. 58, 78. 87. 104. Lys. 31, 16.

Deinde praeter solita, quae commemoravi lemmata legimus interdum valde inusitata velut Dem. 4, 29 *πόρου ἀπόδειξις*. 9, 46 *ἐκ τοῦ γραμματείου ἀναγινώσκει*. 19, 305 *ἀριθμὸς βοηθειῶν*. 20, 78 *πράξεις Χαβρίου*. Aeschin. 3, 24 *διαλογισμὸς τῶν ἡμερῶν*, 75 *ψήφισμα πρόεδρος*; quibus omnibus locis id est commune, quod ab oratore non accurate indicantur libelli, e quibus singula recitantur. Primo autem obtutu intellegas, nonnulla horum lemmatum non convenire oratorum ingenio, velut Aesch. 3, 124 *διαλογισμὸς τῶν ἡμερῶν*, et plane absurdum legimus Aesch. 3, 75 *ψήφισμα πρόεδρος* post haec verba *ανάγνωθί μοι, τίς ἦν ὁ ταῦτα γράψας καὶ τίς ὁ ταῦτα ἐπιψηφίσας πρόεδρος*, quibus scilicet initium populisciti cuiusdam intellegi vult orator; decebat igitur ut alibi praescribi *ψήφισμα*, ubi proedrus commemorabatur, sed invenit illud, qui hoc nescivit.

Nonnulla vero lemmata omnino non oratorum verbis respondent. Velut Demosthenes 18, 301 enarrat quae ad patriam servandam perfecerit: socios se paravisse, auxilia se misisse Graecis, quibus imminebat periculum, *λέγοντα καὶ πράττοντα τοιαῦτα*: quae omnia ut comprobentur, libellum recitari iubet (*τοιοῦτοι* § 305), in quo non solum de auxiliis, sed etiam de ceteris omnibus rebus gestis sermonem fuisse elucet;

fictum igitur est lemma *ἀριθμὸς βοηθειῶν* quippe quod rei parum sufficiat neque omnino sit libri ullius titulus.

24, 71 Demosthenes haec dicit *λαβὲ δ'αὐτοῖς τὴν γραφὴν αὐτὴν καὶ μέχρι τοῦ πρώτου μέρους ἀνάγνωθι τὸν νόμον*: iubet igitur orator Timocratis legem recitari ex ipso libello, quo eum *παρανόμων* postulavit; ita ut requiratur lemma *γραφή*, non *νόμος*. Eodem modo Dem. 58, 36 populiscita recitantur ex accusatoris libello, nihilominus tamen lemmata invenimus *ψηφίσματα γραφαί*, quorum prius ab hoc loco omnino est alienum. Neque aliter se habere rem 20, 95 iam vidit Schoellius[1]), sed haud recte haec pronuntiavit: ‚denn für ***ΝΟΜΟΣ*** ist zu schreiben ***ΓΡΑΦΗ***'.

Isae 3, 53 *μαρτυρία* lemmatis loco exspectamus *μαρτυρίαι*, itemque 6, 16 pro *μαρτυρία πρόκλησις* pluralia *μαρτυρίαι προκλήσεις*.

Apud Lysiam 23, 28 cum scriptum videamus *καὶ μάρτυρές εἰσι καὶ αὐτὸ τὸ ψήφισμά σου τὸ τῆς βουλῆς καταμαρτυρήσει*, tamen pro *μάρτυρες ψήφισμα* vocibus solum exstat lemma *ψήφισμα*.

Apud eundem 13, 50 ubi desideramus lemmata *ψηφίσματα κρίσις*, legimus *ψηφίσματα γνῶσις γραφαί*; *γραφαί* autem vox fluxisse videtur ex verbis insequentibus *ὡς μὲν οὖν οὐκ ἀπέγραψεν* sqq.

Omissa sunt lemmata Dem. 45, 25 bis, Andocid., 1, 69. Lys. 10, 17 quater (cf. Lampros Hermes X pag. 264; sed vidit Schoellius[2]), voci *νόμος* initio legis spatium relictum esse) Antiph. 5, 35 ed. Blass pag. 70;

---

1) Sitzgsber. d. Münch, Akad. 1886 pag. 137 n. 1.

2) Herm. XI p. 213.

Ulix. Alcidamantis 7, quem edidit Blass cum Antiphonte; Isae. 5, 3. 6, 42. 11, 1.

Dem. 21, 120 post verba *τοὺς παρόντας ὑμῖν καλῶ μάρτυρας* falso exstat *μαρτυρία* (Σ) sive *μάρτυρες*, cum post § 121 illud testimonium recitetur.

Restat ut singula commemorem, quae lemmatum auctores variaverunt. Quibus cum plerumque mos sit, ut etiam ubi pars aliqua documenti recitatur, totum lemmate indicent, interdum quoque fit, ut partem documenti recitari ipso lemmate ostendant. Prioris generis sunt loci Dem. 19, 86. 20, 95 sqq. 128. 23, 161. 24, 171. 37, 25. 43, 66; secundi generis hi Dem. 19, 40. 23, 88.

Aeschines 1, 115 dicit *συνθηκῶν τὰ ἀντίγραφα*, sequitur lemma *συνθῆκαι* et similiter Dem. 36, 7. Contra exhibet Demosthenes 20, 127 lemma *ἀντίγραφα στήλης*, cum idem 58, 56 post *στήλην λέγε* lemmate utatur simplici *στήλη*.

Dem. 45, 31 mentio fit *μισθώσεως*, lemma est *μίσθωσις τραπέζης*, sed 36, 4 idem documentum *συνθῆκαι* vocatur: apparet igitur, utrumque lemma ex oratoris verbis confectum esse, cum ipse orator unam vel alteram locutionem adhibiturus fuerit.

Demosth. 59, 78 orator profitetur testimonium *ἱεροκήρυκος, ἵνα καὶ τοῦ ὅρκου καὶ τῶν λεγομένων ἀκούσητε*, deinde § 79 testimonio recitato dicit *τοῦ μὲν ὅρκου τοίνυν καὶ τῶν νομιζομένων πατρίων . . . ἠκηκόατε*, sed nullum exstat nisi lemma *ὅρκος* et ipsum iusiurandum, quod utrumque interpolatum esse manifestum est.

Apud Lycurg. § 118 lemma est *ψήφισμα καὶ ὑπόγραμμα τῆς στήλης*, ubi *καὶ* particula luculentissime ostendit, lemmatum auctorem neque habuisse docu-

menta neque inserere voluisse, quoniam lemmatis *καὶ* particula coniunctis nullo modo duo documenta diversa subiungi poterant.

Iis quae adhuc disserui de lemmatis satis me ostendisse persuasum habeo, ea non ab oratoribus ipsis profecta esse, cum et illorum verbis non semper respondeant et, ut sunt saepissime variata et orationum ver' accommodata, scholiorum indolem prae se gerant confectorum ab iis, qui nullis documentis exstantibus illud certe adnotaverunt, quo loco supplenda essent et qualia. Sed etiamsi in lemmatis nihil offenderet, tamen per se spuria putanda essent. Ut enim documenta ab oratoribus ipsis inserta esse putemus, quis sibi persuadeat, tum oratores lemmata quoque praescripsisse? Quod cum absurdum est tum refutatur nonnullis oratorum locis. Andoc. 1, 14. Lys. 12, 25. 22, 5 altercationes servatae sunt sine lemmate, cum Lys. 13, 30 et 32 solum habeamus lemma *ἐρώτησις* ipsa altercatione omissa. Andoc. 1, 47 desunt lemmata, nomina autem non solum genuina, sed etiam ab oratore ipso adscripta esse, per se manifestum est. Lys. 10, 17 ubi legis verba procul dubio ab oratore addita sunt[1]) eodem modo desunt lemmata quater, primo autem loco librarius quidam *νόμος* voci, quam intercidisse putavit, spatium reliquit[2]). Carminibus quoque, quae oratores ipsi memoriter recitaverunt, nullum lemma praescriptum est, cf. Dem. 7, 40. 59, 97. Lycurg 92. 100. 103. 107. 109. Aeschin. 1, 128 sqq. 144. 151 sq. 2, 158. 3, 135. 184 sq. Quae

1) cf. infra pag.

2) cf. pag. 13 in fine.

autem recitari iusserunt, lemmatis instructa sunt; cf. Dem. 18, 289. 19, 247. 255. Aesch. 3, 112. 190. Uno tantum loco, ubi Aeschines Homeri carmina recitanda curat, deest lemma 1, 148 sqq., quod ob eas causas, quas supra commemoravi, librariorum incuria omissum esse contendo. Igitur ubi exstant lemmata, documenta post sunt addita. Quod si negamus, nihil restat nisi ut documentis ab oratoribus insertis postea praescripta esse lemmata credamus Quae est opinio maxime perversa; nam qua de causa, quaeso, hoc fieri potuit? Si aderant decreta sincera nullo lemmate anteposito, quis ceperit consilium ea inserendi, quibus nihil apud oratores corrigebatur, nulla explebatur lacuna? Deinde si postea addebantur lemmata, cur non iis quoque praeposita sunt carminibus, quae ipsi recitaverunt oratores et in orationem scriptam receperunt? Nonnullis denique locis decreta recentioris esse aetatis quam lemmata cognoscimus. Aesch. 1, 50 ab oratore tria indicantur testimonia, cui rei satisfacit lemma *μαρτυρίαι*. Deinde scriptum exstat tertium solum testimonium, ceteroquin procul dubio spurium, itemque 1, 66 post lemma *μαρτυρίαι* legimus unum testimonium, cui subiunctum est alterum lemma *μαρτυρία* cum altero testimonio. Dem. 18, 54 exhibet cod Σ lemma *δόγματα*, deinde *ἕτερον δόγμα*, itemque § 164 *ψηφίσματα* et 166. 167 *ἀποκρίσεις*, qua re meo quidem iudicio probatur, in archetypo cod. Σ omnino nulla fuisse documenta. In Macartatea denique § 35 post *μαρτυρίαι* lemma quod oratoris verbis respondet, unum sequitur testimonium, cum cetera *ἄλλη* voce adserta sint. Igitur illa lemmata prius confecta sunt quam testimonia, nisi forte

quis putat, hominem quendam uni documento *μαρτυρίαι* vocem praeposuisse.[1])

Documenta non ab oratoribus originem ducere, vel inde apparet, quod singulari quodam modo in libris manuscriptis tradita sunt. Saepe enim exstant in margine tantum adnotata, in compluribus codicibus omnia vel nonnulla desunt. In oratione Dem. 35 omissa sunt in codice praestantissimo Σ[2]) omnia praeter § 23; in oratione 43 omnia desunt in codd. ΣFQ, in oratione 45 documenta omisit cod Σ §§ 19. 28. 31. 46. 55. 60. 61, in oratione 46 omnia.

Atque ut ea, quae hoc capite disputavimus, breviter complectamur, lemmata esse spuria demonstravisse nobis videmur. Qua de causa cum nullo modo verisimile sit, lemmata documentis genuinis praescripta esse, immo vero lemmata prius confecta esse aliquot locis apparuerit, nihil restat nisi ut initio interpolationis a lemmatis facto documenta lemmatis subiecta esse concedamus.

Habemus igitur documenta, quae oratoribus Atticis inserta sunt, non certi cuiusdam scriptoris auctoritate defensa, sed ab ignoto quodam homine vel a compluribus profecta, ita ut summi iam sit momenti, ex quibus singula fluxerint fontibus, discernere. Nam etiamsi demonstrasse mihi videor, documenta non ab oratoribus originem ducere, tamen fieri potuit, ut homo quidam ea ex tabulariis[3]) vel aliunde[4]) deprompta

---

1) Cf. Dem 35, 14.

2) In codd. designandis Blassium secutus sum.

3) In tabulariis, quorum fuit clarissimum Metroon, non solum leges et populiscita servata sunt, sed alia quoque; cf.

libris insereret. De Crateri inprimis libro,[1]) qui inscriptus fuit *ψηφισμάτων συναγωγή*, cogitaverunt viri docti, quem praeter psephismata alia quoque continuisse docet Plutarchus Aristid. 26: *τούτων δὲ οὐδὲν ἔγγραφον ὁ Κρατερὸς τεκμήριον παρέσχηκεν, οὔτε δίκην οὔτε ψήφισμα, καίπερ εἰωθὼς ἐπιεικῶς γράφειν τὰ τοιαῦτα καὶ παρατίθεσθαι τοὺς ἱστοροῦντας.* Sed ut Boeckhii illa coniectura non prorsus reicienda est, ita omnia documenta quae exstant ratione atque doctrina ab homine quodam antiquitatis studioso adscripta esse cave credas. Quo enim modo res illa plane mirabilis accidere potuit, ut homo ille doctus in tabulario tam paucarum tantum orationum documenta inveniret eaque una serie ita continuata, ut nullum interea desideremus? Exspectamus certe eum inventurum fuisse, ut exemplo utar, Dem. orationis 18 documentum tertium, quartum decimum, paenultimum, orationis 19 de falsa legatione primum, decimum, alia. Nunc vero mirari licet, eum nonnullarum orationum omnia invenisse praeter ea, quae in fine recitabantur[2]). Deinde perspicuum est virum illum doctum populiscita et leges inventurum fuisse, quae ad orationes gravissimas pertinebant, multo facilius quam syngraphos, testimonia,

---

Athen. IX pag. 407B, Diog. Laert. 2, 40. Dinarch. 1, 86. Boeckh. Oeconom. [3] pag. 478.

4) C. I. G. p. VIII Philochorus Atheniensis, qui Suida auctore *ἐπιγράμματα Ἀττικά* edidit, Polemo Euergeti f. Graecanicus, cui nomen erat *στηλοκόπας*, Aristodemus, alii.

1) C. I. G. IX n 2, cf. Polluc. VIII, 126 *εἴ τι χρὴ Κρατερῷ πιστεύειν τῷ τὰ ψηφίσματα συνάγοντι.*

2) cf. tabulam pag. 9.

provocationes, testamenta illarum, quae in causis privatis habitae sunt. Tum nonnulla documenta, quae nunc exstant, in aliis quoque orationibus recitata sunt: Quid, quod homo ille doctus, ea non illic quoque inseruit? Velut Aesch. 2, 91 deest *προβούλευμα*, quod exstat Dem. 18, 29. Aesch. 3, 32 et 47 legem desideramus Dionysiacam, quae exstat Dem. 18, 120. Aesch. 3, 33 deest rogatio Ctesiphontis, quam habemus in Aeschinis libello Dem. 18, 54; Dem. 45, 31 habemus mensae locationem, quae tamen non legitur 36, 4. Denique si quis doctus consilium inierat omnia documenta colligendi, quae alicubi exstarent, sine dubio ipsos oratores primum adire debuit, unde facillime plerumque documenta inter oratorum verba dispersa excerpere ei licuit.

Quibus omnibus argumentis efficitur, non hominem doctum quendam oratoribus operam navasse, sed Graeculum nescio quem vel potius complures, qua erant scientia rerum Atheniensum, documenta composuisse, interdum vera quoque aliunde repetita inseruisse. Cuius rei testem vocare liceat Demosthenis Macartateam, ubi lex § 59 lapide Attico[1]) defenditur, aliud documentum § 42 aperte est fictum. Exstant enim in testimonio verba *καὶ Φανοστράτην τὴν Στρατίου θυγατέρα*, hanc autem Stratii filiam nunquam exstitisse, sed Stratii filium Phanostratum, luculenter ostendit Schoemannus.[2]) Falsarius vero, cum manuscripta § 22

1) Hermes II, 1867 pag. 27 sqq.

2) In Isaei edit. pag. 448 adn. 2.

omnia exhiberent praeter Augustanum *Φανοστράτη*, hac corruptela nisus testimonium claudum finxit.[1])

Tria igitur patent documentorum genera, primum fictorum, alterum et illud quidem fictorum enuntiatis tamen genuinis admixtis, tertium genuinorum, sed non ab oratoribus ipsis additorum. In primo genere habenda sunt Aeschineae documenta, de quibus adeas Droyseni libellos, quos laudavi. Velut populiscitum § 181—87 fictum esse ne acerrimus quidem Droyseni adversarius, Voemelius[2]) negavit; est enim opus rhetoris cuiuslibet, qui omnia, quae de rationibus inter Athenienses et Thebanos intercedentibus compererat, congessit Aeschinis nimirum verborum[3]) memor: *δίδωσιν ἀναγνῶναι ψήφισμα τῷ γραμματεῖ μακρότερον μὲν τῆς Ἰλιάδος, κενότερον δὲ τῶν λόγων οἷς εἴωθε λέγειν.*

Ex altero documentorum genere ex gr. affero iusiurandum heliastarum Dem. 24, 149, quod haud dubie fictum genuina nonnulla exhibet, quamquam auctor, si oratorum corpus accuratius legisset, propositum melius perficere potuit, id quod nostra aetate docuit Fraenkelius.[4]) Atque ut cetera hoc loco omittam, ultimum iurisiurandi enuntiatum indirecta oratione in-

---

1) Blassi rationem prorsus non intellego, qui pro verbis cit. scripsit *Φανόστρατον τὸν Στρατίου πατέρα*, eaque in documento, quod alias multas et inexplicabiles difficultates praebet. Blassium secutus est Wachholtz De litis instrum. in Dem. q. f. oratione in Macartat. Kiel 1878.

2) 5 Programm. Francofurt. ad. M. 1841—1845.

3) 3, 100.

4) Hermes XIII pag. 464. Cf. Westermann, Commentationis de iurisiurandi iudic. Athen. formula q. l. in Timocrat. pars I—III Lips. 1858/9.

ductum ostendere videtur, quomodo talia oriri solita sint. Omnia quae quis de iure iurando iudicum vel etiam de similibus rebus invenerat, confusa et in certam quandam formulam redacta sunt. Sed is, qui ultima addidit, quippe qui cuiquam fraudem facere nollet, ea cum antecedentibus coniungere supersedit. Neque enim de duplici iureiurando cogitandum esse, luculenter ostendit Westermannus.[1])

Tertio documentorum generi adnumerandae sunt leges, quae exstant Dem. 43, 57. Defenduntur illae Koehleri[2]) lapide, cui est incisum populiscitum anni 409/8 et leges, quae latae sunt de caede per imprudentiam facta. Lapidis verba graviter mutilata quamquam sine Demosthenis documento nunquam restitui potuissent, tamen sine dubio ad illud referenda sunt. Sed cum in lapide post lacunam vv. 14—16, quae expleri nequit, primum sequantur verba *ἐὰν δὲ τούτων μηδεὶς ᾖ — ἐν τῷδε τῷ θέσμῳ ἐνεχέσθων*, quibus deinde subiunguntur cetera *προειπεῖν τῷ κτείναντι* sqq., apud Demosthenem hi loci ordine mutato leguntur, cuius rei probabilem invenire causam difficillimum est. Equidem proposuerim, quoniam orator ostendere voluit, quae facere propinquis ius et fas esset, ea sola esse ab interpolatore excerpta[3]), quibus propin-

1) l. l. I pag. 12.

2) Hermes II, 1867 pag. 27 sqq.

3) Omnino non facio cum Koehlero, qui l. l. haec adnotat: 'Wahrscheinlich hatte schon der Redner, dem es lediglich auf die Verwandtschaftsgrade ankam, nur die betreffenden Stellen ausgehoben und ohne Rücksicht der Reihenfolge die für seinen Zweck wichtigste vorangestellt'. Hic enim non refert propinquitatis gradus accuratius designari ut § 62, sed quid propin-

quorum officium definiretur. Itaque cum legis initium omissum esset, a verbis *προειπεῖν τῷ κτείναντι*, non a verbis *αἰδέσασθαι δ' ἐὰν μὲν πατὴρ ᾖ* necesse erat initium facere, ut de *νόμῳ φονικῷ* agi statim cognosceretur. Nec sententia quam proposuit Philippius[1]) hoc loco neglegenda est haec: 'Die Lexica und Onomastika, nach denen man fabrizieren konnte, wenn man sich nicht ausschliesslich auf Erfindung verlegte, boten nur Einzelnes dar und führten Zusammengehöriges an verschiedenen Stellen auf. Dem Geschick der Verfertiger der Rednerurkunden blieb Anordnung, Zusammenstellung und Hinzufügung von Zuthaten überlassen'.

Sed utut haec res se habet, interpolatorem ex optimo fonte hausisse videmus, quin etiam eum vel eius auctorem hunc vel alium lapidem adiisse, inde verisimile est, quod verba, quae falso adhuc legebantur in Demosthenis codicibus *οἱ πεντήκοντα καὶ εἷς ἢ οἱ ἐφέται*. hoc modo in lapide exstitisse videntur[2]) *ΟΙΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑΚΑΙΗΕΣΗΟΙΕΦΕΤΑΙ*. *ἤ* igitur particula orta est errore cuiusdam, qui *Η* litteram pro spiritu aspero positam esse nesciebat.

Ex ceteris duabus legibus, quae apud Demosthenem huic primae annectuntur, optime mea quidem sententia cognoscere possumus, qua ratione usi interpolatores documenta inseruerint. Qui cum vidissent hoc loco plures recitatas esse leges, quae ad propin-

---

quis faciendum sit demonstrari, cf. § 59: *ταῦτα πάνθ' ὅσα οἱ νόμοι προστάττουσι τοὺς προσήκοντας ποιεῖν.*

1) Jahns Jahrb. 1872 pag. 607.

2) V. Koehler l. c. pg. 33 et tab. ad pag. 28 adfixam.

quorum officia pertinerent, primum quid secundum legem de caede imprudenter facta latam propinquis faciendum esset scripserunt, deinde legem de funeribus propinquorum et funerum collocatione adiecerunt. Postremo alius interpolator — vel si idem fuit, socordia animi omnes superavit — tertiam legem inde a verbis *τοῖς δὲ μὴ ἀποδιδόνιας* incipientem attulit, quae et ab oratoris verbis omnino aliena est et cum secunda tantum lege levissime cohaeret, in qua alia locatio seu *μίσθωσις* commemoratur. Quae tamen res per se non est impedimento, quominus has quoque leges genuinas esse putemus.

De legibus Aristocrateae, quarum nonnullae eodem Koehleri lapide defenduntur, pauca addenda sunt. Lex quae inserta est Dem. 23, 37. eadem in orationis contextu 23, 38, sed verbis paululum immutatis exstat: *ἐάν τις ἀποκτείνῃ τὸν ἀνδροφόνον ἢ αἴτιος ᾖ φόνου ἀπεχόμενον ἀγορᾶς ἐφορίας κτλ*, unde viri docti adhuc coniecerunt,[1]) falsarium ex ipsa oratione eam sumpsisse. Quae sententia cum inscriptione refutetur, quae verborum in documento ordinem tuetur, haec certe lex non ex oratore, sed alio ex fonte eoque optimo hausta est, neque idem accidisse in ceteris Aristocrateae formulis contendere dubito. Demosthenes enim verborum ordinem mutavit hiatus causa foedissimi *κτείνῃ ἢ αἴτιος ᾖ*, quem totum scilicet effugere nullo modo potuit, eandemque rationem aliis quoque locis secutus est.[2])

---

1) Franke de legum formulis q. in D. Aristocr. repperiuntur Misen. 1848.

2) Quod vero Demosthenes § 39 dixit *ἐάν τις τὸν ἀνδροφόνον κτείνῃ ἀπεχόμενον* pro *ἀποκτείνῃ τὸν ἀνδρο-*

In documento § 44 habemus verba *πέρα ὅρου ἐλαίνῃ*, sed in oratione exstat § 46 *ἐὰν πέρα ὅρου, φησίν. ἐλαύνῃ*, § autem 48 *μὴ πέρα ὅρων ἐλαίνειν*. In lege § 51 haec occurrunt *ἐάν τις κατίῃ ὅποι μὴ ἔξεστιν*, in oratione autem *τοὺς κατιόντας ἀνδροφόνους ὅποι μὴ ἔξεστιν κτλ.* In lege § 53 habemus *ἐάν τις ἀποκτείνῃ ἐν ἄθλοις ἄκων*, contra § 54 *ἂν τις ἐν ἄθλοις ἀποκτείνῃ τινὰ κτλ.* In lege § 60 exstant haec *καὶ ἐὰν φέροντα ἢ ἄγοντα βίᾳ*, sed orator verba hoc modo permutat *ἐὰν ἄγοντα ἢ φέροντα βίᾳ*. Tota igitur falsa est Franki opinio haec[1]): ‚Cum causa, cur Demosthenes in collocandis verbis a legis formula recesserit, cogitari nulla possit, illum verborum ordinem fraudis occulendae causa immutatum esse existimo.' Immo vero, cum ex Koehleri inscriptione documentum § 37 genuinum esse videamus et causa iam inventa sit, cur Demosthenes verborum ordinem mutaverit, ipsa illa immutatio nobis documento quasi erit, ceteras quoque leges esse genuinas.[2])

Nunc iam si quaerimus, qua de causa documenta inserta sint, iis quae supra attuli argumentis[3]) pauca

---

φόνον ἀπεχόμενον, factum esse puto ob legem rythmicam, quae plures quam tres syllabas correptas concurrere vetat.

1) l. c. pag. 11. cf. Philippi Jahns Jahrb. 1872 l. c.

2) De fine legis quem non congruere cum antecedentibus Koehlerus vidit, uberrime disputaverat Franke pag. 4 sqq. Hic quoque, ne ex singulis documentis de omnibus faciamus iudicium, admonemur, quin etiam cavendum est, ne si quid in illis genuinum sit. tota defendamus. Velut Franke l. c. pag. 9 verba *ἢ ἐν ὁδῷ καθελών* non fuisse in lege mihi persuasit. Adeas praeterea Franke Jenaisch. Litteraturztg. 1844 pag. 738.

3) pag. 18 sqq.

esse addenda videntur. Omnium documentorum, quae exstant, pessima sunt ea quae apud Aeschinem leguntur, ita ut ea fraudis faciendae causa ficta esse vix credi possit. Velut Aesch. 1, 53 in testimonio commemoratur *Μισγόλας Νικίου Πειραιεύς*, cum tamen ipse Aeschines § 41 verum indicet nomen *Μισγόλας Ναυκράτους Κολλυτεύς*. In § 66 est testimonium aperte fictum *μαρτυρεῖ Γλαύκων Τιμαίου Χολαργεύς*, cui subest aliud *Ἀμφισθένης μαρτυρεῖ* verbis incipiens, ceteroquin cum priore verbotenus congruens, nisi quod post duos fere versus concluditur verbis *καὶ τὰ ἑξῆς*. Talia qui commisit, eum consilium cepisse fraudis faciendae nego. Alio loco § 35 lex exstat, quam non recitatam esse ex Aeschinis verbis, quibus suam legem laudat, manifestum est. Apud Demosthenem quoque Ctesiphonteae documenta saepissime cum oratoris verbis pugnare constat. Hoc unum sit pro multis exemplum. Ex § 163 *ἐν οἷς δ' ἤτε ἤδη τὰ πρὸς ἀλλήλους, τούτωνι τῶν ψηφισμάτων ἀκούσαντες κτλ* et ex § 168 *οὕτω διαθεὶς ὁ Φίλιππος τὰς πόλεις πρὸς ἀλλήλας διὰ τούτων καὶ τούτοις ἀερθεὶς τοῖς ψηφίσμασι κτλ* efficitur, ut Atheniensium et Thebanorum populiscita et epistulas exspectemus, sed habemus epistulas Philippi regis. Alia documenta partes genuinas exhibent velut Dem. 21, 47 et Aesch. 1. 15., alia interpolator accuratissime ad oratorum verba composuit velut Dem. 24, 23; cf. 24, 18. 25. 36. 21, 93. 24, 39; Andoc. 1, 183. Dem. 24, 56 legem habemus temere ex oratoris verbis consutam, quam genuinam profert Andocides 1, 88. Maxime autem sibi indulsit interpolator in testimoniis conficiendis, quae saepius nomina aut nulla aut non plena aut falsa aut denique falso loco posita praebent. Ora-

tione et recta et indirecta in iis usus est falsarius, quin etiam utrumque dicendi genus interdum in uno documento promiscue adhibuit. Nonnullae quoque formulae, quae aliis oratorum locis non occurrunt, certi cuiusdam inventoris ingenium produnt velut *ᾧ μαρτυροῦμεν, ὁ κρινόμενος ὑπό τινος, ἡ νυνὶ ἀγωνιζομένη*, aliae. Praescripta denique documentorum, quae in Aeschinea et Timocratea inveniuntur longe aliter comparata, a diversis auctoribus originem ducere nemo negabit.

Quae si omnia reputaverimus, et quanta sit formularum varietas, quantumque inter se differant fide atque praestantia, cum Droysenio libenter iudicabimus, haec esse documenta a compluribus in schola excogitata et inserta non ad quemquam decipiendum, sed ad exercenda discipulorum ingenia.[1]) Hoc quoque modo alias res, quae in documentis admirationem habent explicari posse puto, et quod documenta in longioribus orationibus non ad finem orationis perducta sunt, et quod complura continent ad rem explanandam idonea, sed quae indoli ac naturae documentorum contraria sunt. Uno utar exemplo Dem. 24, 22, ubi exstat *ἢ μὴ ἀνιόντων εἰς τὸν Ἄρειον πάγον*, scilicet *οἱ θεσμοθέται*.

---

1) A. Wachholtz. De litis instrumentis in Dem. q. f. oratione in Macart. Kiel 1878 pag. 8 cum de quinque testimoniis Dem 43, 35 sqq. verba faciat, haec quippe quae sint inter se simillima in schola posse perfecta esse negat. Sed quamquam testimoniis illis eadem fere confirmantur, magnopere tamen inter se differunt testium condicione, quae ubique largissime explicatur. Deinde ut sint illa inter se similiora quam exspectamus, nihil sequitur nisi ut inventoris ingenium fuerit exiguum; an credit Wachholtz, etiam documenta Aeschin. 1, 66 genuina esse, ubi falsario nomine mutato eadem repetere satis fuit?

Simillimum erat dicere: Si quis legibus non paruerit, praemium ne accipiat. Magistratus vero si legum praecepta neglexerat vel aliud quid commiserat, in *ἐπιχειροτονίᾳ*, quae in prima cuiusque prytaniae contione fiebat, magistratum deponere coactus vel extemplo vel ratione reddita in ius vocabatur. Thesmothetae autem, si delicti cuiuslibet poenas dederant, non in Areopagum recepti sunt ut illo honore indigni; sed nullo modo id ipsum, quod excludebantur collegio, poena, ut ita dicam, legibus statuta fuit. Falsarius igitur, ni fallor, ea, quae Demosthenes 26, 5 dixit *ὅστις τῶν θεσμοθετῶν εἰς Ἄρειον πάγον οὐχ οἷός τ' ἐστιν ἀνελθεῖν* memoria tenuit. Hoc exemplum ideo attuli, quod Schoellius l. c. Timocrateae leges contra Westermanni rationes defendere conatus est feliciter — concedo, sed et ille vir doctissimus, ut legis contextum restitueret, complura eicienda esse docuit. Neque quisquam negabit, esse multa vera in illis legibus, sed alia a verae legis natura omnino aliena esse contendo. Velut quae 24, 53 in fine exstant *ἐὰν δέ τις λύσας . . . . ἕτερον ἀντιτιθῇ μὴ ἐπιτήδειον . . . . τὰς γραφὰς εἶναι κατ' αὐτοῖ κατὰ τὸν νόμον ὃς κεῖται ἐάν τις μὴ ἐπιτήδειον θῇ νόμον*, in iis Schoellius quoque offendit, cum lex, ut ita dicam, ad se ipsam referatur, sed defendenda esse putat, quod *γραφαὶ παρανόμων* in thesmothetarum legibus locum habebant secundum Polluc. VIII, 87. Mihi vero videntur illa verba omnino non esse tolerabilia, nihil enim valent, et si verum dixit Pollux, hoc loco supervacanea sunt.

Iam si persequimur quaerentes, qui veterum scriptorum mentionem fecerint documentorum aut facere potuerint, Dionysium Halicarnassensem occa-

sione oblata non ut testes gravissimos illa auxilio vocasse monuit Droysenius[1]) hoc loco allato[2]) *ἔπειτ' ἐπιστολήν τινα* — qua in re respicias pronomen indefinitum *τινά* — *κελεύσας ἀναγνωσθῆναι ταῦτ' ἐπιτίθησιν.* Et quamquam alio loco[3]) rhetor ille clarissimus inducit Dinarchi documentum his verbis *προςκειμένην δ' ἔχει τὴν γραφὴν ταύτην*, tamen ex *προσκειμένην* vocabulo et enuntiatis sequentibus, quibus orationis argumentum enarrat *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ εὐθὺς μὲν ἐν ἀρχῇ κτλ* cognoscimus, documentum illud non orationis Dinarcheae contextui verborum insertum fuisse, sed aut initio aut in fine adscriptum exstitisse. Atque homines illius aetatis doctos huiusmodi instrumenta collegisse aut collecta recepisse a prioribus supra[4]) iam commemoravi, quorum omnium notissimus fuit Caecilius Calactensis, Dionysii aequalis et amicus, cuius in libro, qui inscribitur *περὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν δέκα ῥητόρων* documenta quoque fuisse docet Pseudoplutarchus[5]) verbis his *ψήφισμα καθ' ὃ ἔδοξεν Ἀντιφῶντα κριθῆναι , ὁ Καικίλιος παρατέθειται.*[6]) Sed illa documenta quantum videmus ad oratorum ipsorum vitam pertinebant, non

---

1) Zeitschft. f. d. Alt. 1839 pag. 963.

2) Reiske VI pag. 743 lin. 2 et 14.

3) Reiske V pag. 635.

4) pag. 18 sqq.

5) Vitae X orator. pag. 833D.

6) Hoc ex Cratero sumptum esse verisimile est; cf. Harpocration s. v. *Ἄνδρων· Ἄνδρωνα φησὶν εἶναι Κρατερὸς ἐν ε τῶν ψηφισμάτων τὸν γράψαντα τὸ ψήφισμα τὸ περὶ Ἀντιφῶντος.*

erant instrumenta orationum quae scriptae erant in usum hominum aliorum.

Ciceroni documenta Aeschineae non nota fuisse ex iis colligi potest, quae De optimo genere orator. 19 disseruit. quo loco primum non fit mentio *τοῖ θεωρικοῖ*, deinde verba haec, 'qui locus non est contionis legitimae' docent oratorem Romanum nihil comperisse de verbis Dem. 18, 118 *Διονυσίοις τραγῳδοῖς καινοῖς*; denique si legisset apud Demosthenem Cicero *ἀρετῆς ἕνεκα καὶ καλοκαγαθίας* non ea vertisset verbis 'virtutis ergo benevolentiaeque' (*εὐνοίας*).

Neque Pseudoplutarchi temporibus Aeschineae documenta nota fuisse puto, etiamsi verba Vit. X orat. pag. 845 F *καὶ τῶν τειχῶν ἐπιμελητὴς χειροτονηθεὶς ἀπὸ τῆς ἰδίας οὐσίας εἰσήνεγκε τὸ ἀναλωθὲν ἀργύριον μνᾶς ἑκατόν· ἐπέδωκε δὲ καὶ θεωροῖς μυρίας*[1]) *κτλ* et Demosth. 18, 119 *καὶ ἐπὶ τοῦ θεωρικοῦ κατασταθεὶς ἐπέδωκε τοῖς ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν θεωρικοῖς ἑκατὸν μνᾶς* artissime inter se cohaerent. praesertim si legimus, id quod optime scribendum proposuit Droysenius *τοῖς θεωροῖς*; nam cum ille de pecunia ad muros reficiendos data Aeschinis auctoritatem[2]) sit secutus, Demosthenica documenta ei non in manibus fuisse in aperto est. Quod eo fit verisimilius, cum ne Harpocratio quidem Aeschineae et Midianae documenta cognoverit; certe si cognosset, mirum se haberet, si vocabula quaedam mirabilia neque alibi apud Atticos re-

---

1) scil. drachumas = centum minas. Locum esse corruptum apparet; quis enim diceret minas, deinde drachumas hoc ipso vocabulo omisso?

2) qui centum commemoravit minas.

perta nusquam instruxisset commentariis, quippe qui ceterarum omnium fere orationum instrumenta laudaverit.

Nam ei nota erant documenta Aristocrateae § 53 (cf. s. v. *καθελών* et *ἢ ἐν ὁδῷ*), Timocrateae § 105 (s. v. *ποδοκάκκη*), Lacriteae § 13 et 20 (s. v. *σύλας* et *διοπεύων*), Pantaeneteae § 27 (s. v. *κεγχρεών*), Macartateae § 54 (s. v. *θῆτες*), in Stephan. B. § 20 (s. v. *ἐπὶ δίετες ἡβῆσαι*). Orationis autem 45 documentum § 46 in usum suum vertit Pollux VIII, 58. Denique orationis 59 in Neaeram documenta sola exstitisse in archetypo codicum *Σ B T* rationibus stichometriae partialis adhibitis conclusit Christius[1]), qua ex ipsa re documenta diversis temporibus confecta in oratorum opera irrepsisse diversis temporibus conicias. Polluci praeterea Lacriteae leges ex Demosthenis verbis notae erant; cf. VIII, 125 *ἐφέται τὸν μὲν ἀριθμὸν εἷς καὶ πεντήκοντα, Δράκων δ' αὐτοὺς κατέστησεν ἀριστίνδην αἱρεθέντας*, unde iudicare licet Pollucem apud Demosthenem 35, 57 falsam lectionem quamvis ab omnibus codicibus servatam *τούτοις δ' οἱ πεντήκοντα* perperam secutum perversam de ephetis sententiam edidisse.[2]) Aeschineae autem et Midianae instrumenta ne Ulpiano quidem scholiorum auctori saeculi tertii praesto fuisse, sed ex scholiastae verbis interdum fluxisse videri Christius[3]) docet. Cui sententiae ob-

1) Christ, Abhandlungen der Münchner Academie 1882 XVI pag. 155 sqq. Cetera Christi argumenta omni carent fide, qua de re adeas quoque Buermannum Herm. XXI pag. 34 sqq.

2) Philippi, Jahns Jahrbüch. 1872 pag. 604 sq.

3) l. l. pag. 196, cf. Dindorf ed. Dem. IX pagg. 581. 589. 601. 612.

stare videtur Plutarchi locus hic[1]) *εἰσήχθη δὲ τότε καὶ ἡ περὶ τοῦ στεφάνου γραφὴ κατὰ Κτησιφῶντος γραφεῖσα μὲν ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος μικρὸν ἐπάνω τῶν Χαιρονικῶν, κριθεῖσα δε ὕστερον ἔτεσι δέκα ἐπ' Ἀριστοφῶντος*, ubi idem Chaerondas per errorem nobis occurrit, cuius in documento 18, 54 mentio fit; sed si ea quae supra exposui reputaverimus, falsarium Plutarchi loco usum esse concedemus.[2])

Quodsi igitur quae disserui paucis complectimur, documenta fere omnium Demosthenis orationum saeculo secundo a viris doctis genuina habita esse, Ciceronem vero et Dionysium Halicarnassensem ea non novisse aut neglexisse certe videmus: nam tum quoque exstare poterant ita tamen, ut nemini fraudi essent. Documenta autem Aeschineae et Midianae, quae per se quoque gravissimam movent suspicionem, multo serioris aetatis quam cetera videntur esse.

Restat ut iam ex documentis ipsis, quo tempore orta sint et quo auctore coniciamus. Cuius rei nobis

---

1) Vita Dem. 24.

2) De veteribus scriptoribus, qui documenta landaverunt vide Droysen, Ztschrft. f. d. Alt. 1839 pag. 962 sqq. Levioris quidem momenti sunt haec: Etymol. Magn. pag. 778, 35 ed. Gaisford *ὑπερβολήν· τὴν ἀναβολὴν καὶ ὑπέρθεσιν καὶ ἐν τῷ περὶ Στεφάνου Δημοσθένης* (18, 29). Schol. Venet. ad Iliad. 15, 36 *διὰ τριῶν δ' ἦν ἔθος ὀμνύναι ὡς Δράκων ἔταξε, Δία Ποσειδῶνα Ἀθηνᾶν, οἱ δὲ Δία Ποσειδῶνα Δήμητρα ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους* (24, 151). — In Aristocrateae lexici fragmento, quod edidit Blass Herm. XVII pag. 148, locus s. v. *ὁδός* commemoratus verbotenus congruit cum Harpocratione s. v. *ἢ ἐν ὁδῷ*; cf. pag. 30.

praesto sunt duo indicia, usus sermonis et formularum solemnium ratio.

Ac formularum solemnium, quae inprimis causa fuerunt, cur viri docti num sincera essent documenta dubitare inciperent, praescripta apud Athenienses usitata luculenter congessit Hartelius,[1]) quorum exemplum Demosthenis aetate saepissime usurpatum hoc satis habeo adscribere *ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἄρχοντος ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος δεκάτης πρυτανείας, ᾗ ὁ δεῖνα τοῖ δεῖνος Φλυεὺς ἐγραμμάτευεν, Θαργηλιῶνος τετάρτῃ, εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας (ἐκκλησία [κυρία])· τῶν προέδρων ἐπεψήφιζεν ὁ δεῖνα Ἐρχιεύς· ἔδοξεν (τῇ βουλῇ καὶ) τῷ δήμῳ· ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος Κεφαλῆθεν εἶπεν.* Ab hac formula quae abhorreant in Aeschineae decretis, optime composuit J. J. Wortmannus,[2]) cuius argumentis haec tantum addere liceat. Cum semper nomen rogatoris in decretis Atticis inducatur verbis *ὁ δεῖνα εἶπεν*, circa saeculi quinti finem per paucos annos etiam in usu fuisse videmus formulam *γνώμη τοῦ δεῖνος*, cuius haec exempla Swoboda[3]) contulit:

γνώμη στραιηγῶν Bull. de corresp. hell. XII, 142 n. 8.

γνώμη τῶν συγγραφέων C. J. A. I, 58.

γνώμη Κλεισόρου καὶ συμπρυτανέων, Δέλτιον ἀρχαιολ. 1889 pag. 25.[4])

Videmus igitur ‚*γνώμη τ. δ.*' dictum esse, si magistratuum collegium, cui licebat, aut complures

---

1) Hartel, Sitzungsberichte der Wiener Akademie 1878 pag. 551 sqq.

2) J. J. Wortmann, De decretis in Dem. Aeschinea exstantibus Atticis dissert. Marburg 1877.

3) Swoboda, Die griechischen Volksbeschlüsse 1891 p. 25

4) Swoboda, l. l. pag. 117; idem Mus. Rhen. 45 p. 299 sqq.

rogatores, ne quid contra leges aut rem publicam rogata lege fieret, periculum praestabant; ubi autem unus magistratus legem rogabat, semper dictum est *ὁ δεῖνα στρατηγός* seu *συγγραφεὺς εἶπε*; cf. C. J. A. I, 61. IV, 61a v. 26. Bullet. de corr. hell. XIII, 154. Mitteilg. des deutsch. Instit. Athen. II, 142. C. J. A. II, 439. 481. Itaque formulae *ὁ δεῖνα εἶπε* et *γνώμη τῶν δεῖνα* apud Athenienses cum omni discrimine notionis sublato eos significent, qui rogationem suo capitis periculo apud populum defendunt, nusquam in uno decreto simul usurpatae sunt aut usurpari potuerunt.

At apud Demosthenem haec occurrunt:

18, 37 *βουλῆς γνώμη . . . Καλλισθένης . . . εἶπε.*

18, 75 *βουλῆς γνώμη πρυτάνεις ἐχρημάτισαν.*

18, 115 *γνώμη βουλῆς καὶ δήμου Καλλίας . . . εἶπεν.*

18, 116 *εἶπε Καλλίας πρυτανέων λεγόντων βουλῆς γνώμη.*

Quibus locis *γνώμη* vox notionem accepit formulae, qua leges solent sanciri *ἔδοξε τῇ βουλῇ.*[1]) et § 116 etiam duo inducuntur hominum genera, qui de rogata lege ad populum referunt: *εἶπε Καλλίας πρυτανέων λεγόντων.* Falsarius enim cum ea aetate floreret, ubi quid valerent formulae solemnes, iam ex memoria deposuerant homines, notionis ratione non habita illas prout libidini placuit, miserrime confudit. Unde conicere debe-

1) Num in ceterorum Graecorum praescriptis haec notionis inclinatio demonstrari possit. quamquam negare malim, propter ambiguitatem verborum *εἰςαγγέλλεσθαι* et *εἰσηγεῖσθαι* in dubio relinquo; illud certe constat, formulas *γνώμη τ. δ.* et *ὁ δεῖνα εἶπε* nusquam coniunctim adhibita exstare.

mus, id quod aliis quoque argumentis comprobavimus, documenta seriore demum aetate confecta esse, ubi cum Graecorum libertate accurata rei publicae et negotiorum scientia diu perierat.

II.

De sermone, qui in documentis Demosthenicis occurrit.

De loco quo ficta sint documenta certius quidquam inveniri posse paene despero, ita ut ne Wortmanni[1]) quidem sententiam amplectar, qui cum passim in documentis Aeschineae occurrerent vocabula apud Asiam colentes usitata, falsarium ex Asia oriundum esse putavit. Cum enim ille nulla quae unquam in usu fuerunt, praescripta imitatus sit, sed frustulis undique collatis opera sua vilia confecerit, ea a quolibet Graeculo composita esse possunt. Nihilominus tamen operae pretium esse ratus, quae Aeschineae instrumentis et inscriptionibus Pergamenis[2]) communia sint adnotavi.

Formula γνώμη στρατηγῶν exstat J. P. 5. 167. 224. 249. Sic enim plerumque in inscriptionibus dici casu nominativo, non γνώμῃ iam animadvertit Wortmannus pag. 15.[3]) Atque quod codex Σ 18, 116 tradidit γνώμη, verisimile esse putat Wortmannus ubique in codice fuisse nominativum, sed ipse nihil mutandum

---

1) l. c. pag. 65.

2) Ed. Fraenkel tom. I Berol. 1890.

3) Boeckh C. J. G. II n 2264. Opusc. IV pag. 275 adn. 5.

esse censeo, cum et in inscriptionibus interdum dativus occurrat, ita ut hac de re nihil statui possit.

J. P. 157, 1 habemus *ἐπὶ πρυτάνιος Ἡρακλείδου τοῦ Ἑρμαγόρου*,[1]) quocum conferas Dem. 18, 29 *ἐπὶ ἄρχοντος Μνησιφίλου* nomine post magistratus notionem posito, et 18, 31. 73. 165; huc quoque spectat § 84 *ἐπὶ Χαιρώνδου Ἡγεμόνος ἄρχοντος*, ubi patris nomen additum videmus. Denique cf. J. P. 249 *ἐπὶ ἱερέως Μενεστράτου τοῦ Ἀπολλοδώρου*.

Praeterea alia notanda sunt, quae ad usum sermonis spectant. Dem. 18, 29 exstat *πρέσβεις ἡρέθησαν*. 164 *ἡρέθησαν ἐκ βουλῆς Σῖμος κτλ.*; cf. § 165. In § 187 nihil dictum est nisi *πρέσβεις Δημοσθένης κτλ.* Conferas J. P. 5 *αἱρεθέντες Ἀπολλωνίδης Ἀτέλλεος κτλ.* Contra in lapidibus Atticis semper obvia est formula *ἡρέθησαν οἵδε*· C. J. A. II, 17 sive *οἵδε ἡρέθησαν* C. J. A. II, 19. 88. 546 sive *οἵδε κεχειροτόνηνται* C. J. A. II, 331.

Dem. 18, 37 occurrit *μηδεμιᾷ παρευρέσει*; cf. J. P. 13, 46 *οὔτε τέχνῃ οὔτε παρευρέσει οὐδεμιᾷ*, sed Lys. 13, 95 *μήτε τέχνῃ μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ*.

Dem. 18, 39 *φρουρὰς εἰσαγηοχότας*; 18, 73 *καταγήοχεν*. cf. J. P. 18, 12 *ἀγηγοχότων*.

Dem. 18, 54 et passim in documentis exstat *αναγορεῦσαι*, quod verbum pro *ἀνειπεῖν* in lapidibus Atticis non legitur ante annum 325,[2]) cf. C. J. A. II, 331. 444. 451. 10b; contra legimus J. P. 156, 14 *τὴν δὲ ἀναγόρευσιν ποιήσασθαι τοὺς στρατηγούς*. Dem. 18. 120 *τὰς ἀναγορεύσεις ποιεῖσθαι*.

---

1) cf. J. P. 224.

2) Meisterhans, Gramm. inscr. Att. ² pag. 145.

Dem. 18, 84 πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρέσχηται; cf. J. P. 13, 30 παρέξομαι δὲ καὶ τὴν ἄλλην χρείαν. In decretis Atticis formula χρείαν seu χρείας παρέχεσθαι tempore demum duodecim tribuum invenitur; cf. C. J. A. II, 312. 313. 317. 322. 331. 409. 436 sqq.

Dem. 18, 38 exhibet ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων et similia passim, cf. J. P. 172, 3 ὁ ἐπὶ τῶν πραγμάτων., 174. Apud Athenienses autem semper occurrit haec praepositio cum dativo casu coniuncta velut C. J. A. II, 251 τὸν ἐπὶ τῇ διοικήσει seu accusativo velut C. J. A. II, 321 χειροτονηθεὶς στρατηγὸς ἐπὶ τὴν παρασκευήν; C. J. A. II, 389 ἐπὶ τὰ ὅπλα; C. J. A. II, 476 ὁ ἐπὶ ὅπλα.

Dem. 18, 118 ἐπὶ τοῦ θεωρικοῦ καταστάθείς, cf. J. P. 18, 3 οἱ κατασταθέντες στρατηγοί.

Dem. 18, 118 ἀρετῆς ἕνεκα καὶ καλοκαγαθίας: cf. J. P. 160, 32 ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας καὶ καλοκαγαθίας. Apud Atticos καλοκαγαθία vox exstat in solo titulo C. J. A. II, 395 [ἀρετῆς ἕνεκε]ν καὶ καλο-[καγαθίας . . . .][1]) saeculi tertii exeuntis, quamquam Athenienses huiusmodi formulas in decretis honorariis saepius variaverunt.[2])

Dem. 18, 157 μηνὸς Λῴου ὡς ἡμεῖς ἄγομεν J. P. 245, 29 ὡς Περγαμηνοὶ ἄγουσι cf. J. P. 13, 5. C. J. G 2693e (Mylasae) Herm. IX. pag. 501 l. 20 (Tei).

---

1) Boeckh C. J. G. 1338.

2) Undeviginti composuit Kunz, Wien. Stud. 1884 VI p 42, quibus addas C. J. A. II 256 b εὐνοίας ἕνεκ. κ. ἐπιμελείας, 316 v. 30 εὐταξίας ἕνεκ. καὶ ἐπιμελείας. 554 b δικαιοσύνης ἕνεκα.

Dem. 18, 106 *ἕως τριῶν πλοίων*. J. P. 13, 29 *ἕως ζωῆς καὶ θανάτου*.

Dem. 21, 8 *παραδιδότωσαν*. 94 *μενέτωσαν, μεταφερέτωσαν*. cf. J. P. 18, 33 *διδότωσαν*; 18, 35 *θνέτωσαν*.

Dem. 21, 82. 93. 121 *οἴδαμεν*, J. P. 30 *οἴδατε*.

Postremo ut de sermonis usu, qui in documentis nobis obvius est, in universum disputem, primum verba, quae apud oratores aut nunquam aut alia significatione usurpata sunt, ordine servato alphabetico componam, deinde quae de dicendi genere et elocutione commemoranda sunt, adnotabo.

ἁγνὴ ἀπό τε τῶν ἄλλων καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας Dem. 59, 78; *ἀπό* praepositio hoc modo posita non invenitur nisi Anthol. Graec. ed. Jacobs 1813 vol I, 6, 24, alibi occurrit genetivus: Eurip. Phoen. 53, Plato Legg. 6 p. 759C, 840D. *ἁγνεύω* cum genetivo componitur 22, 78, quae verba loco interpolato 24, 186 eadem fere recurrunt.

αἵρεσιν ἔχειν πρός τινα 18, 168. *ποιήσασθαι ἐπί τινι* 18, 168 ab alicuius partibus stare; cf. Polyb. 2, 61, 9 *διὰ τὴν πρὸς τοὺς Ἀχαίους αἵρεσιν*. 3, 89, 9. 4, 72, 6 *τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν εὔνοιαν, ἣν ἔχει πρὸς τὸ ἔθνος*. Apud oratores verbum significat optionem: Isocrat. Areopag. 61 *ἐν γὰρ τῇ τῶν ἀρχῶν αἱρέσει*; Dem. 36. 11 *λαβὼν αἵρεσιν Ἀπολλόδωρος αἱρεῖται*.

ἀλλότριον ποιῶν τοῦ τρόπου 18, 182 saepe invenitur apud Polybium: 8, 3, 1 *ἀλλότριον εἶναί μοι δοκεῖ τῆς ὅλης ἡμῶν ἐπιβολῆς*. 10, 21, 1. 32, 2, 3. Contra Dem. 6, 25 exstat *ἀλλοτριοτάτας ταύτῃ* scilicet *τῇ ἐλευθερίᾳ*.

ἀναγορεῦσαι Dem. 18, 54. 84. 115. 116. 118 pro *ἀνειπεῖν τὸν στέφανον*, verbum ab Atticorum sermone alienum, nec quod in titulis invenitur ante annum 325.[1]) Cf. Wortmanni pag. 32. Rutherfordi[2]) pag. 328.

ἀνακομιδή Dem. 18, 75; cf. Aristot. Histor. animal. 8, 12 *ὅταν ὥρα ᾖ πρὸς τὴν ἀνακομιδήν* reditum. Polyb. 1, 68, 13. 3, 106, 7. 4, 39, 6.

ἀναλαβεῖν τὸν πόλεμον 18, 78. *ὅπλα ἀναλ.* legitur apud Herodotum, Xenophontem: apud Polybium 1, 75, 5 est 'bellum suscipere ab aliis incohatum', 2, 46, 1 'bellum incipere' ut hic. Contra Attici dicunt *πόλεμον ἐκφέρειν* Thuc. 1, 80. Dem. 1, 21. Aesch. 2, 176 aut *ἀνείλοντο πόλεμον* Dem. 1, 7. 14, 10. Falso igitur, cum *ἀναλαμβάνειν* et *ἀναιρεῖν* synonyma sint, Goetzeler pag. 18[3]) *πόλεμον ἀναλαβεῖν* rettulit ad Latinum illud ‚bellum suscipere'.

κατὰ τὸν ἀναλογισμὸν 18, 106 'pro ratione'; alibi vox significat considerationem velut Thuc. 3, 36, 4.

ἀντιβαίνειν τινί 18, 186; cf. Aeschyl. Prometh. 237 *καὶ τοῖσιν οὐδεὶς ἀντέβαινε*. Herod. 6, 73 *ἐπ' αὐτοὺς ἀντιβ.*, alibi *πρός τι* legitur: Plat. Legg. 1 p. 634A. Polyb. 2, 50, 12 sqq.

ἀντιπαρεξάγοντας Dem. 18, 39; vocabulum intransitive ponitur apud Plutarchum Moral. p. 470B *πρὸς τοὺς ὑπερέχοντας ἀντιπαρεξάγουσιν*; Niciae vit. 3.

---

1) Meisterhans l. c. pag. 145.

2) The new Phrynichus. London 1881.

3) De Polybi elocutione diss. Wirceburgi 1887. Idem pag. 20 *ἀποφέφειν πρὸς τὸν ἄρχοντα* falso rettulit ad Latinum illud 'deferre ad alqm'; cf. Dem. 52, 30 *ἀπήνεγκε πρὸς τὴν ἀρχήν*. 23, 5. Aesch. 3, 219. 217. 227.

Arrian. Anab. 5, 17. 1. Cf. ἀντιπαρεξῆγε falsò positum pro ἀντιπαρῆγε τοῖς πολεμίοις in codice Polybi D. (Hultsch. ad 3, 90, 1).

ἀποδημεῖν Dem. 18, 29; cf. Wortmanni pag. 22. Vocabulum significat 'absentem esse' aut certe 'profectum esse' velut Plat. Phaedr. p. 230C εἰς τὴν ὑπεροχίαν ἀποδημεῖς. Crit. p. 54A ἐὰν ἐς Θετταλίαν ἀποδημήσῃ, 53E ἐπὶ δεῖπνον ἀποδεδημηκὼς εἰς Θετταλίαν; Lycurg. 55. 57. Sed hoc loco requiritur sententia, legatos proficisci, non esse profectos.

ἀποκατέστασε[1]) τὰν πάτριον πολιτείαν καὶ τὼς νόμως καὶ τὼς τάφως. Polyb. 3, 98, 7 τοὺς ὁμήρους ἀποκαταστήσῃ τοῖς γονεῦσι; 4, 25, 7 πάντας τούτους ἀποκαταστήσουσιν εἰς τὰ πάτρια πολιτεύματα. Cf. Xenoph. de r. p. Lac. 6, 3 ἵππον λαβὼν . . ἀποκαθίστησιν 'reddit'. Adeas quoque Vierecki[2]) libellum pag. 81. 83. doc. 12, 26. 17, 13. 17, 14. 17, 22. Polyb. 9, 36, 4.

ἀποκοιτοῦντες Dem. 18, 37; cf. Suidam ἀποκαθεύδουσι· ἀντὶ τοῦ ἀποκοιτεῖν. Polybius exhibet παρακοιτεῖν 6, 35, 5. ἀπόκοιτος vox legitur Luc. Deor. dial. 10, 2 οὐδ' ἀπόκοιτός ποτε ἐκεῖνος παρὰ τῆς Ῥέας ἦν.

ἀποτάσσω 18, 37 est ἅπαξ εἰρημένον; Plat. Theaetet. 153 E χῶρον ἀποτάξῃς 'locum designes'.

ἀφημερεύοντας Dem. 18, 37 nusquam alibi exstat nisi Philostrat. Vit. Appollonii 14. Isocr. Areop. 48 exhibet διημερεύειν.

---

1) Cum omnia Aeschineae documenta ficta sint, dialectica quoque enuntiata cum ceteris componere licet.

2) Sermo Graecus quo senatus populusque Romanus usque ad Tiberii Caesaris aetatem in scriptis publicis usi sunt, examinatur. Gottingae 1888.

γεραίρω τὰ θεόγνια καὶ τὰ ἰοβάκχεια Dem. 59, 78. γεραίρω alibi indicat 'alqm dono honorare', Xen. Cyr. 8, 1, 13; Hell. 1, 7, 33 sqq., cum plane sit inusitatum dicere ἑορτὴν γεραίρω.

δενδροκοπέοντος τὴν χώραν Dem. 18, 90 hoc uno loco inveni; eodem modo usurpat Diodorus δενδροτομεῖν; cf. Aristophan. Pac. 747 ἐδενδροτόμησε τὸ νῶτον.

διαλαβεῖν τοὺς ὅρους στήλαις Dem. 18, 154 nusquam hac significatione exstat; cf. Polyb. 5, 99, 9 τὰ μεταξὺ τῶν στρατοπέδων τάφρῳ διαλαβών; saepius διαλαβεῖν φυλακαῖς τὰ διαστήματα, τὰς ὁδούς, cf. Aristot. Polit. 7, 12 τείχη διειλῆφθαι φυλακτηρίοις.

διαλλάξῃ αὐτῷ Δημοσθένην Dem. 21, 121; alibi legitur genus medium huius verbi.

διοπεύων ναῦν 35, 20. 34, unde Hesychius dixit s. v. διοπεύειν ἐπιμελεῖσθαι νεώς. Pollux 2, 58 haec commemorat καὶ διοπτεύειν Κριτίας καὶ Ἀντιφῶν. Eodem modo Sophocl. Aiac. 307 et Dio Cass. 52, 37, 2 διοπτεύειν legitur.

δοριαλώτους Dem. 18, 181; vox quamquam alio oratoris loco non occurrit et saepius a poetis usurpatur (cf. Wortmanni pag. 53) iam apud Isocratem exstat Archid. 19, Antid. 125, Panegyr. 177, Plat. 18 neque aliena est ab Aeschine 3, 9.

δυνάμεις Dem. 18, 184 ita ut Latini dicunt 'copias', saepissime exstat apud Polybium, ita ut exempla afferre non opus sit. Thucydidis tres loci 1, 2, 3. 1, 10, 3. 3, 62, 4 aliter sunt comparati.

ἔγγιστα τῆς Ἀττικῆς Dem. 18, 165, cf. Zonar. Lexic. pag. 602 ἔγγιον δὲ καὶ ἔγγιστα οὐ λέγουσιν, ἀλλ' ἐγγυτέρω καὶ ἐγγύτατα. ἔγγιστα exstat Antiph. 4, 11 et apud posteriores velut Polyb. 1, 32, 9 ἔγγιστά που

τῶν ἑκατόν; 9, 24, 2 *τοῖς ἔγγιστα*. Vide Rutherfordum l. c. pag. 375. Apud Isocratem 7, 80 cum codice F restituit Bekkerus *ἐπὶ τάδε*.

εἰσαγηοχότας Dem. 18, 39. *καταγήοχεν* Dem. 18, 73. cf. Phrynichum ed. Lobeck. pag. 121: *καὶ Δημοσθένης ἤχασι λέγει, ἀλλ' οὐχ' ἀγηόχασι*. Cuius formae praeter Lysiae exemplum, quod Phrynichus servavit, nullum exstat apud oratores Atticos. Sed conferas Aristot. Oecon. II pag. 1346, 28 Bkk., Zonar. lex. pag. 34, Plut. Phoc. 17 *παραγηόχασιν*, Athen. 13 pag. 592 E *προαγήοχε*.

ἐλλείψει cum participio Dem. 18, 92 hic tantum inveni, cum alibi legatur *ἐλλείπεσθαι, ἀπολείπειν, ἐπιλείπειν*. cf. Kuehneri Gr. gr. II, 2 pag. 619.

ἐμφρούρους ποιεῖ Dem. 18, 182; cf. Polyb. 2, 41. 18, 44, 3. 28, 5, 1 *ἔμφρουρον ποιῆσαι τὴν Ἀκαρνανίαν*.

ἐνδεχομένως Dem. 18, 165. Polyb. 1, 20, 4. 1, 74, 1. 4, 60, 6. 15, 16, 1.

ἐξαιρεῖσθαι ἐκ τῶν κινδύνων Dem. 18, 90, *ἐκ τῆς Φιλίππου* 18, 92; cf. Pseudodem. 10, 14 *εἰς ἐλευθερίαν ἐξελέσθαι*. Polyb. 1, 11, 11 *βουλόμενος ἐξελέσθαι τοῦ πολέμου τοὺς Μαμερτίνους*.

ἐπεξῆμεν τοῦ φόνου τινά 21, 107, cum alibi exstet dativus velut Dem. 21, 216 *ἐπέξει τῷ μιαρῷ*; Plat. Legg. 9 pag. 866 B *φόνου τῷ κτείναντι*. Locus a quibusdam laudatus Eurip. Androm. 735 *τήνδ'* (scil. *τὴν πόλιν*) *ἐπεξελθεῖν θέλω* huc non spectat.

ἐπιβάλλεται cum infinit. 18, 164. 165 saepissime occurrit apud Polybium 1, 2, 6. 1, 4, 3. 1, 12, 4. 1, 15, 5 sqq.; Diog. Laert. 4, 2, 15 *ποιηταὶ μὲν γὰρ ἐπιβαλλόμενοι πεζογραφεῖν*.

ἐπιτελεσθῇ ἡ εἰρήνη Dem. 18, 29 hoc solo loco

dictum esse videtur a Demosthene, similiter dicit Polybius *μάχην, πόλεμον, διαλύσεις ἐπιτελεῖν.*

ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως Dem. 18, 38, cum Attici semper dixerint *ὁ ἐπὶ τῇ διοικήσει.*; cf. Wortmanni pag. 27. Contra exstat falsum illud Diog. Laert. Vit. Zenon. 7, 1, 11 *μερίσαι τὸν ἐπὶ διοικήσεως* et Polluc. 8, 113.

ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων Dem. 18, 37. 115. 116. 184 verba nunquam apud Athenienses in usu fuerunt, sed *ἐπὶ τὰ ὅπλα* eaque inde ab anno 334 usque ad 325; cf. Busoltum apud Iw. Müller IV pag. 162, Wortmanni pag. 26. *ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων* verba et similia apud posteriores occurrunt: Athen. V pag. 213E *στρατηγὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων*, Philostrat. II pag. 38, v. 31 ed. Kayser *στρατηγήσας τὴν ἐπὶ τῶν ὅπλων*, cf. II pag. 103 v. 15. Singulari quodam modo dixit Lysias c. Diogn. 5 *τοῦ ἐπὶ τῶν ὁπλιτῶν.*

εὐχαριστίαν Dem. 18, 91; cf. Polyb. 1, 36, 1. 8, 14, 8; Rutherfordum pag. 202. Wortmannum pag. 47.

εὐχαριστῶν Dem. 18, 92; cf. Lobecki Phryn. pag. 18. Verbum non ante Polybium usurpatum est; cf. Polyb. 16, 25, 1. 18, 26, 4. 30, 11, 1.

ἕως cum genetivo inde a Polybio occurrit; cf. 1, 64, 3. 1, 69, 10. 2, 1, 3. 2, 16, 2. 2, 64, 3. In inscriptionibus non invenitur Atticis, contra in inscriptione Lebadeae: Dittenberger. Syll. inscr. 353, 28 aetatis Romanae; J. Pergam. I, 13, 29 *ἕως ζωῆς καὶ θανάτου*, quae inscriptio temporibus Eumenis I paulo post annum 263 exarata est.

τὰ θεόγνια Dem. 59, 61 exhibent optimi codices, quod viri docti mutaverunt in *θεοίνια. θεοίνιον* Bacchi sacrum commemorat Phot. pag. 83, 26. *θέοινος* vini

deus exstat Aesch. frgm. 339D. Lycophr. 1247 *γνάμψει Θέοινος γνῖα συνδήσας λύγοις.*

ἐκ τῶν ἰδίων ἀναλωμάτων 18, 116 pro *ἐκ τῶν ἑαυτῶν ἀναλωμάτων* 18, 115. 118. 120. 182. 184 et saepius; cf. Lobecki Phrynich. pag. 441. Meisterhansius l. c. pag. 194 *ἴδιος* pro pronomine possessivo dici contendit in inscriptionibus inde ab anno 69 a. Chr., contra apud meliores scriptores verbum aut opponitur verbo *κοινός* aut coniungitur cum reflexivo *ἴδιος ἐμαυτοῦ* etc. Usus deterioris sunt exempla Ep. I ad Thessal. IV, 11 *πράσσειν τὰ ἴδια* et Hesych. s. v. *ἰδιοπραγεῖν· τὰ ἴδια πράσσει ἡσυχάζει.* In Romanorum consultis vox *ἴδιος* hoc modo usurpata est iam anno 196 a. Chr.: cf. Viereckium l. c. I, 3 *τήν τε ἰδίαν καὶ τοῦ δήμου προαίρεσιν*, XVII v. 32 *πίστεώς τε τῆς ἰδίας* 'e sua fide'; cf. pag. 73. Doc. 21, 31 anni 105 *διὰ τῆς ἰδίας χώρας*; 23, 22.

τὰ ἰοβάκχεια Dem. 59, 61. Verbum nusquam alibi legitur, *ἰοβάκχος* deus occurrit Maxim. *καταρχ.* 496. Anthol. Planud. 289, 1 (in Xenophontis Smyrnaei statuam) *αὐτὸν ὁρᾶν Ἰοβάκχον ἐδόξαμεν.* Walz rhetor. 9 pag. 129.

ἵστασθαι κατὰ τὸ συμφέρον Dem. 18, 166; cf. Polyb. 26, 3, 4 *κατὰ τὸ βέλτιστον ἵστασθαι.*

κακηγορίου δίκη 21, 93 hic tantum occurrit, cum § 32 legamus *κακηγορίας*; cf. Meier-Schömann[1]) pag. 631 n. 396.

κακοήθως Dem. 18, 78; cf. Plut. Pericl. 16 *κακοήθως δὲ παρεμφαίνουσιν οἱ κωμικοί.* Polluc. 3, 64.

1) ‚Der attische Prozess' [2] (M. S.)

Adiectivum *κακοήθης* occurrit Dem. 18. 11. Pseudodem. 61, 21 *δεινὸς οὐ κακοήθως.*

καταβραβευθέντα Dem. 21, 93. Ep. ad. Col. 2, 18. Schol. in Iliad. 1, 399 *καὶ τὸν πατέρα Ποσειδῶνα κατεβράβευεν.* Apud Polybium exstat *βραβευτής* 1, 58, 1 et *βραβεύειν* 'administrare' 2, 35, 3. 6, 4, 3. 6, 12, 4.

καταγίγνομαι Dem. 21. 22 demoror. De loco verbum hic tantum dictum est et a Tele apud Stob. floril. pag. 232 G.

κατακόρως Dem. 18, 182 invenitur apud Polybium 4, 12, 9. 18, 26, 6.

κατανέμουσι βοσκήμασι Dem. 18, 154: cf. Dionys. Hal. Antiqu. 1, 79 *μὴ προσήκουσαν ὀργάδα κατανέμειν.* Alibi genus medium verbi hoc modo usurpatur velut Isocr. 14, 7, 20.

κεγχρεών Dem. 37, 27. Locum laudat Harpocratio *Δημ. ἐν τῇ πρὸς Πανταίνετον παραγραφῇ*; cf. Rutherfordum pag. 253.

κέκρικε Dem. 18, 165 'decrevit'; cf. Polyb. 5, 52, 6 *πράξας δὲ τὸ κριθέν.* 9, 13, 7 et 9 *ἐνεργηθήσεται τὸ κριθέν.* 5, 55, 6 *τούτων κριθέντων* quibus rebus decretis seu cognitis. 5, 59, 1; Viereck. l. c. doc. XVII, 12 *δι' ἣν αἰτίαν τὴν σύγκλητον κρίνειν* senatum censere.

κέρματα Dem. 21, 107 significat nummos viles parvulos velut Eubul. ap. Athen. 13 p. 568 F. *μικροῦ πρίασθαι κέρματος τὴν ἡδονήν*; Theomp. ap. Athen. 12 pag. 533 A *νεανίσκους δύ' ἢ τρεῖς ἔχοντας κέρματα.* Aristoph. Plut. 379 *τὸ στόμ' ἐπιβύσας κέρμασι τῶν ῥητόρων.* Quae notio a Demosthenis loco omnino aliena est.

κεφαλαίῳ Dem. 18, 164 alibi non exstat, contra

legitur *ἐν κεφαλαίῳ* Dem. 23, 63; *ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν* 32, 13. 40, 35. 19, 315. Polyb. 1, 16, 5. 3, 5, 9 exhibet *ἐπὶ κεφαλαίου.*[1])

κοιταῖον γίγνεσθαι Dem. 18, 37; cf. Pol. 3, 61, 10 *γενέσθαι κοιταίους*, 5, 17, 9 *κοιταίους γίνεσθαι*, frgm. 102 (Bekker) *κοιταῖον ἔρχεσθαι.* Heliod. 3, 4 in fine *τὰ κοιταῖα τοῖς νυχίοις θεοῖς ἐπισπείσαντες.*

λέλογχα Dem. 21, 82 non occurrit in inscriptionibus Atticis; cf. Meisterhansium [2] pag. 148, sed legitur apud Euripidem. Nusquam vero praeter hunc locum exstat in prosa oratione.

μεμψιμοιρεῖ Dem. 18, 74; cf. Diod. 17, 78. 1 *πολλῶν αὐτῷ μεμψιμορούντων*; 17, 79, 1 *μεμψιμορήσας τῷ βασιλεῖ περί τινων*; Polyb. 4, 60, 9 sequente particula *ὅτι, ἐπί τινι* 18, 31, 7. 23, 13, 8.

μισθοδοτῆσαι τινα Dem. 18, 115; cf. Polyb. 1, 66 *μισθοδοτηθέντας τὰ προσοφειλόμενα*; 5, 2, 11 *μισθοδοτήσας τὴν δύναμιν*; 22, 10, 3. 23, 7, 3; alibi ponitur dativus velut Xen. Anab. 7, 1, 13 *Κυνίσκος ὑμῖν μισθοδοτήσει.*

μνημονεύετε Dem. 18, 166 *συνθηκῶν* 'memoriam facite', qua notione inde a Plutarcho verbum occurrit. Alibi legitur *μνημονεύω τι*, cum *μνημονεύω τινός* significet 'memor sum rei', Plat. Theaet. pag. 191 D.

ναύαρχον Dem. 18, 73. 74. 78. 184. Vox apud Polybium saepe invenitur 1, 53, 7. 1, 54, 2 et 4; cf. Wortmannum pag. 37.

νεανίσκους Dem. 18, 116 sicut Romani dixerunt

---

1) De *κλήτορες* Dem. 18, 55. 47, 27 cum nihil adnotaverit Blassius, utroque loco codicem Σ *κλητῆρες* exhibere iudicandum est.

iuvenes pro militibus: vox apud Polybium saepe obvia est: 1, 36, 12. 1, 48, 4. 4, 16, 6. 5, 4, 10. 5, 25, 3. 5, 30, 1 sqq.

οἴδαμεν Dem. 21, 82. 93. 121; cf. Kuehneri Gramm. [2] I pag. 681. Apud Atticos hae solae exstant formae: Xen. Anab. 2. 4, 6 *οὐκ οἶδα· τὸν δὲ οὖν Εὐφράτην οἴδαμεν* (G. Sauppius *ἴσμεν* ne verbo quidem in adnotatione addito), Antiph. 2, 3. Aristoph. Acharn. 292 *οὐκ ἴσαι αλλ'* Ravenn. (Meineke *οὐκ ἴστε μ' ἀλλ'*); Plato Alc. pag. 145 C *οἶδεν* — *οἴδαμεν*; *κατοίδαιε* Eurip. Suppl. 1044 (7). Xen. Oecon. 20, 14 *οἴδασι* (G. Sauppius *ἴσασι* nullo verbo addito). Lys. 11, 1 *συνοίδασι*. Xen. Mem. 4, 6, 6 *οἶδας* (corr. G. Sauppius); cf. Lobeckium ad Phryn. pag. 236 in fine. Eurip. Alc. 780 *οἴδατε*; Inscr. Pergam. I, 30. De Xenophonte a sermone Attico abhorrente cf. Rutherfordum pag. 59. 164 sqq. 227.

ὀλιγωρία Dem. 18, 74; cf. Wortmannum pag. 74.

τοῖς ὅλοις 'in universum si rem specto' Dem. 18, 39. Aliud est Dem. 9, 64 *ἐπειδὴ τοῖς ὅλοις ἡτιᾶσθαι ἐνόμιζον*; cf. Plat. Lys. pag. 215 C *ὅλῳ τινὶ ἐξαπατώμεθα*. Legg. 5 pag. 734 E *τῷ παντὶ καὶ ὅλῳ*, Polyb. 1, 33, 1 *τοῖς γε μὴν ὅλοις ἔσπευδον ἐγγίσαι*. 1, 43, 8 *σφαλῆναι τοῖς ὅλοις*. 1, 74, 7. 2, 55, 4.

καθ' ὅλου Dem. 18, 77 eodem sensu usurpatum occurrit saepe apud Polyb. 1, 4, 7 *καθόλου μὲν γὰρ ἔμοιγε δοκοῦσιν*. Isocr. 2, 6 optimi codices Urbinas et Ambrosianus tradunt *καθ' ὅλων δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων*. Xen. R. equ. 8, 1 *μελεταῖν καὶ αὐτὸν* [*καθόλου*] *καὶ τὸν ἵππον* perbene Sauppius *καθόλου* uncis inclusit: cf. *καθόλου εἰπεῖν* Plut. Moral. pag. 397 C. 403 A.

παραγράψασθαι Dem. 21, 107: *τὴν γραφὴν τοῦ φόνου* (Weilius intenter frauduleusement cum Reiskio); cf. Polyb. 9, 31, 5 *τὰ φιλάνθρωπα παρεγράφη*. Synes. Epist 4 pag. 162 C. Falsarius verbum ipse finxisse videtur hac notione: causam indicere per fraudem, dolo malo, qua vi *παρά* praepositio pollet in huiusmodi verbis *παραπρεσβεύειν*, *παραπόλλυσθαι*, *παραιρεῖσθαι*, similibus.

παραίτιος Dem. 18, 92. Polyb. 9, 34, 4 *οἷς μὲν ἀγαθῶν, οἷς δὲ κακῶν παραίτιοι*. 12, 26, 2 *παραίτιον κακοῦ*. Diod. 18, 66, 5 *παραίτιοι γεγένηνται τῆς τε δουλείας*. Gruteri Inscript. 400. 401 (Agrigenti): Vierecki doc. 3. 9 *ἀγαθοῖ παραίτιοι*; 3, 14.

παρακαλέσουσι cum infinitivo Dem. 18, 164; *τὰ παρακαλούμενα* 18, 166. Apud Demosthenem *παρακαλεῖν* vox semper 'advocare' significat simplici notione et accusativum regit. Contra videas Pseudodem. 59, 1 *πολλὰ μὲν τὰ παρακαλοῦντα ἦν γράψασθαι τὴν Νέαιραν*. 60, 27 *παρεκάλεσαν εἰς σωτηρίαν*: 60, 18. Ep. 1, 10. Xen. Anab. 5, 6, 19 *βούλεται καὶ ἡμᾶς παρακαλεῖ.... εἰπεῖν*, Mem. 1, 2, 55 *παρεκάλει ἐπιμελεῖσθαι*.

παραπέμψαντές τινα Dem. 18, 116 'negligere' saepissime invenitur apud Polybium 10, 5, 9 *ἵνα μὴ παραπέμπωσι τὰ σεμνότατα τῶνδρός*: 22, 10, 7 *οὕτως πως παρεπέμφθη* 'silentio praetermissum est': 30, 20, 17. 32, 9, 9. 32, 10, 3. Diodor. 13, 1, 2 *τὸν πολὺν λόγον τῶν προοιμίων παραπέμψαντας ἐπ' αὐτὰς ἔρχεσθαι τὰς πράξεις*; cf. 17, 79, 4. Apud Demosthenem verbum semper significat ‚comitari' 8, 25. 21, 167. 174 eademque notione quinquies apud Thucididem positum exstat.

παρευρέσει μηδεμιᾷ Dem. 18, 37; cf. Strabon. 9, 2, 4 *τὴν παροιμίαν εἰρῆσθαι· Θρᾴκιε παρεύρεσις*.

Zenob. 4, 37 Wortmann. pag. 24; C. J. G. II, 1845 l. 109. II, 3059; Scymn. 351.

πλεῖον Dem. 18, 39 vox in inscriptionibus secundi demum saeculi a.Chr invenitur: C. J. A. II, 594, 16; cf. Benselerum Isocr. Areopag. p. 238 sqq. Bremi. excurs. ad Isocr. I, pag. 198. Quamquam ut multis aliis locis hic quoque librarii errore orta esse potest. Saepe occurrit apud Polybium 1, 26, 8. 1, 59, 6. 1, 66, 11. 1, 69, 2 sqq.

πλημμελοῦντα 18, 74. 155; *εἴς τι* 18, 157. 166; *εἴς τινα* 18, 183; cf. Plato. Legg. 12 pag. 943 E. *πλημμελεῖν εἰς δίκην* et saepius Antiph. p. 123, 10. Xen. Mem. 1, 2, 26. Isocr. 5, 37 *τῶν πρότερον εἰς ἀλλήλους πεπλημμελημένων*. Pseudodem. 61, 55. Sed quamquam vox apud Atticos quosdam invenitur, tamen id indicat falsarium, quod quinquies illa in Aeschineae documentis occurrit. Polyb. 15, 32, 7 *πλημμελεῖν τι εἴς τινα*.

πλοῖα Dem. 18, 74. 90. 106; (cf. Wortmanni pag. 40; Classen. ad Thuc. 1, 14) loco vocis *τριήρεις* usurpatum legimus, *μακρὰ πλοῖα* apud Polybium passim occurrit; Thuc. 1, 14, Herod. 5, 30, Polyb. 1, 20, 13. Dem. (?) 58, 55; Is. Areopag. 80.

πολισμάτων Dem. 18, 39 de oppidis neglecta notione deminutiva, quae inest verbo, licet Thucydides uno loco dixerit 4, 109, 4 *μικρὰ πολίσματα*. Illam notionem iam Polybi aetate interiisse inde apparet, quod rerum scriptor Megalopolitanus novum immisit deminutivum *πολισμάτιον*.

πομπεύειν πομπήν Dem. 21, 22; cf. 18, 124 *πομπεύειν ἀντὶ τοῦ κατηγορεῖν εἵλετο*, quam unam notionem

commemorat Harpocratio s. v. Contra Polyb. 6, 39, 9 exstat *τάς τε πομπὰς ἐπισήμως πομπεύουσι.* De locis meliorum scriptorum, qui *πέμπειν* dixerunt vide Rehdantzi Indic. II ad Dem. s. v. *πέμπειν.*

πρεσβεῦσαι πρὸς Φίλιππον Κόττυφον Dem. 18, 155 'legatum mittere Cottyphum'. Constructio verborum est plane inaudita; *πρεσβεῦσαι* enim, quod significat ‚legatum esse', quamquam apud posteriores interdum idem valet absolute positum atque 'legatos mittere, per legatos agere' velut Polyb. 1, 10, 2. 2, 6, 1. 2, 48, 5 et 7. 2, 58, 1. 20, 2, 1 *Ἀντιόχου πρεσβεύοντος πρὸς Βοιωτούς,* tamen nusquam accusativum regit. Quod si ne hic quidem fieri negamus, cum *Κόττυφον* sit subiectum accusativi cum infinitivo, habemus enuntiatum regens *ἔδοξε τοῖς πυλαγόροις,* ex quo primum pendet accusativus cum infinitivo *Κόττυφον πρεσβεῦσαι,* deinde infinitivus *καὶ ἀξιοῦν,* postremo *διότι . . . αἱροῦνται.* Sed cum falsarius hanc anacoluthiam facillime effugere potuisset verbo adhibito *πρεσβεύεσθαι,* equidem *πρεσβεῦσαι* hoc loco idem esse ac legatum mittere persuasum habeo.

πρεσβευταί Dem. 18, 77. 166; in inscriptionibus invenitur pro *πρέσβεις* inde ab anno circiter 250,[1]) saepissime exstat apud Polybium; Viereck. pag. 73. Duos Thucydidis locos 8, 77 et 8, 86, 1, ubi *πρεσβευταί* exstat, recte seclusit Herwerdenus, cum et vox ibi omnino sit supervacanua nec minus quam centies Thucydides dixerit *πρέσβεις.*

προάγει ἐπὶ πολὺ τῇ βίᾳ Dem. 18, 181. Polyb. 18, 8, 1 *τῆς ἡμέρας προαγούσης ἐπὶ πολύ*; 32, 13, 9

---

1) **Meisterhans** l. c. **pag. 112.**

προῆγον ἐπὶ τὸν νεανίσκον. Athen. 12 pag. 515 F (Clearch.) *καὶ πόρρω προάγοντες ὕβρεως*. Contra cf. Dem. 22, 78 *εἰς τοσοῦτο προῆχθ' εὐηθείας*; 23, 1 *προάγειν ἐμαυτὸν* (accus. cas.) *εἰς ἀπέχθειαν*; 20, 36. 24, 186. Weber. Aristocrat. pag. 129. Isocr. 4, 18. 37. 174.

προβολὰς παραδιδόωσαν Dem. 21, 8 de prytanibus dictum est, sed cuinam eas tradere potuerunt in contione? *παραδιδόναι* vox litigantem, qui libellum magistratui causam instruenti tradit, indicat vel indicare potest — exemplum mihi non praesto est, sed hic falsarius dicere voluit hoc: ‚prytanes ut de probolis ad populum referant easque suffragio permittant.

προθέσεως Dem. 18, 167 *ἐπὶ πρ. μένητε* propositum tenere; cf. Polyb. 1, 3, 7 *ἀπὸ ποίας προθέσεως ὁρμηθέντες*. 1, 54, 1 *τὰ κατὰ τὴν πρόθεσιν ἀπετέλεσε*. 28, 5, 6 *τῇ τῆς συγκλήτου προθέσει*. Plut. Moral. pag. 960 E *ἀλλ' ὧν ἂν ἀφελῇς πανιάπασι προσδοκίαν, μνήμην, πρόθεσιν, παρασκευήν*. Sed Dem. 43, 64 *παρεῖναι τῇ προθέσει τοῦ τετελευτηκότος*.

πρόσοδον ἔσεσθαι τὸ τοιοῦτο Dem. 18, 78 'hoc ipsis utilitati fore', nusquam recurrit.

προτερήσειε Dem. 18, 39 *οὐδὲν ἔξω τοῦ ἐφθακέναι ἀδικοῦντες*. Verbum apud Polybium saepe invenitur notione hac 'superiorem evadere' 3, 110, 6 *ἐπροτέρουν κατὰ τὴν ὅλην συμπλοκήν*; 11, 14, 4. 27, 8, 3 aut hac 'ante tempus venire' 9, 14, 9 *ποτὲ μὲν ὑστερεῖν, ποτὲ δὲ προτερεῖν ἀνάγκη*. Substantivum *προτέρημα* primus adhibuit Polybius significatione commodi vel opportunitatis 1, 9, 7. 1, 16, 1. 1, 18, 6; cf. Goetzelerum pag. 12.

σκάφη Dem. 18, 73 pro navibus dictum occurrit apud Polybium 1, 20, 9 et 10. 1, 23, 6. 1, 26, 12.

2, 10, 1 saepius, apud Demosthenem vero 9, 69 ἕως ἂν σώζηται τὸ σκάφος vox generaliter est dicta de quibuslibet navigiis; 9, 22 τὴν μὲν δαπάνην καὶ τὰ σκάφη de navis alveo; cf. Wortmannum pag. 38; Pseudodem. 59, 95 ἐμβάντες εἰς τὰς ὑμετέρας τριήρεις ἐπειδὴ αὐτοῖς οἰκεῖα σκάφη οὐκ ὑπῆρχε.

συγκαταίνους Dem. 18, 167; cf. Polyb. 15, 8, 9 ὁ δὲ δῆμος συγκατῄνεσεν 'probavit' et 24, 13, 6. Adiectivum exstat Diod. 4, 40, 2 ταχέως λαβεῖν αὐτὸν συγκάταινον; 15, 92, 4 συγκάταινος γενόμενος ταῖς ἐπιβολαῖς.

συγκατατίθεμαι τοῖς παρακαλουμένοις Dem. 18, 166 apud Polybium obvium est saepius: 28, 5, 6 τῇ γνώμῃ τινός; 5, 55, 4 τῇ στρατείᾳ; 3, 98, 11 τοῖς λεγομένοις; 31, 18, 6 συγκατέθετο τοῖς ὑπ' ἐκείνων παρακαλουμένοις. Chrysipp. apud Plut. Mor. pag. 1057 B μηδὲ συγκαταθεμένους (ταῖς φαντασίαις).

συνεκκαίδεκα Dem. 18, 106; cf. συνάμφω Polyb. 2, 24, 4 et 11; σύνεγγυς 1, 21, 10 sqq.

συντάσσειν Dem. 18, 78; cf. Hesych. συντάξει· παραγγελεῖ. Polyb. 3, 50, 9. συντάξας τὰ πυρὰ καίειν, 5, 16, 4. 8, 21, 9. 8, 29, 2. 8, 32, 4.

ὑπερβολὴν ποιεῖσθαι Dem. 18, 29. Phot. s. v. Verbum apud Demosthenem semper significat abundantiam 23, 198. 20, 141 sicut Herod. 8, 112 κακοῦ ὑπερβολή, contra Polyb. 14, 9, 8 μηδεμίαν ὑπερβολὴν ποιησάμενοι.

ἐξ ὑποστροφῆς Dem. 18, 166. Soph. El. 725 ἐκ δ' ὑποστροφῆς, quod vertit Ellendtius 'iterum iterumque'. Herod. 9, 22 ἀναχωρήσιος γενομένης καὶ ὑποστροφῆς. Polyb. 3, 14, 5 ἐξ ὑποστροφῆς ἀναχωρήσαντος Ἀννίβου; 3, 45, 3. 5, 48, 2. Dion. Hal. Antiquit. 2, 41.

φιλοτιμουμένων συντελέσεσθαι Dem. 18, 78. Ver-

bum cum infinitivo coniunctum apud Demosthenem non exstat.

χωρίζεσθαι Dem. 21, 168 'loco cedere'; cf. Polyb. 3, 94, 9 *πολλὰ χωριζόμενος*; 3, 90, 2 *χωρίζεσθαι ἐκ τοῦ χάρακος*. 5, 2, 8 *χωρισθεὶς εἰς*; Nov. Test. Act. apost. 1, 4. Contra Dem. 23, 9. 20, 13. 22, 22. 45, 26 verbum significat discrepantiam.

Iam si quaerimus, quomodo syntaxis apud posteriores et Polybium usitata cohaereat cum iis, quae in documentis novata sunt, pro genetivo casu ponitur praepositio *παρά*: 18, 73 *ὁ παρὰ Φιλίππου στρατηγός*; Pseudodem. 12, 5 *ὁ παρ' ὑμῶν στρατηγός*; cf. Rehdantzium ad Dem. Ind. II s. v. *παρά*. Haec tantum adnotaverim ad locos ab illo laudatos Dem. 4, 27 *ἱππαρχον παρ' ὑμῶν . . . εἶναι*, verba *παρ' ὑμῶν* pendere ex *εἶναι*, et Lyc. 105 *τοὺς παρ' ἡμῶν ἡγεμόνας* referri ad Tyrtaeum § 106, de quo oratori non licuit dicere *ὁ στρατηγὸς ἡμῶν*. Adeas quoque Kaelkerum[1]) pag. 282 sqq, et Stichum[2]) pag. 153, qui tamen nonnulla attulerunt, quae iam ante Polybium occurrunt.

περί praepositio pro genetivo accusativum casum regit Dem. 18, 37 *ἀδύνατόν τι δεικνύῃ περὶ ἑαυτόν*; cf. Pseudodem. 61, 44 *τὴν περὶ τὰς πράξεις ἐπιστήμην*. 58, 5 *τὴν περὶ τὸ πλοῖον φάσιν*.

ὑπό cum accus. legitur Dem. 18, 39: *ὑφ' ἑαυτοὺς πεποιημένους*. Demosthenes autem dixit *ὑφ' ἑαυτῷ* quater decies; cf. Rehdantzi Ind. s. v.; unoque tantum loco 23, 15 omnes codices praeter F *αὐτόν* exhibent. Vide Weberum ad h. l.

---

1) Leipziger Studien III, 1880 de elocutione Polybiana.
2) Acta Semin. philol. Erlangens. II. 1881.

ὅς pronomen apud Demosthenem vim habet demonstrativam uno loco 18, 71 ἅς μὲν—εἰς ἃς δὲ . . . ., quem corrigendum esse putaverim; alio enim loco 47, 11 procul dubio scribendum est cum codice A ἀλλὰ τὰ μὲν — τῶν δὲ . . . (ἀλλ' ἃ μὲν omisso articulo τά ceteri). Contra in documentis coniungitur relativum cum pronomine indefinito 18, 164 ἅς μὲν — τινὰς δέ 182 ἅς μὲν — τινὰς δὲ — εἰς ἐνίας δὲ, id quod Polybi rationi respondet, qui plerumque dicit οὕς μὲν — οὕς δέ, ἧ μὲν — ἧ δὲ etc., interdum autem orationem variat; cf. 14, 1, 13 ἀεί τινας μὲν . . . οὕς δὲ. Kaelker. pag. 203. Stich. pag. 161.

Pronomen reflexivum tertiae personae cum pronominibus primae et secundae personae compositum ut Dem. 18, 39 ἡμᾶς — ὑφ' ἑαυτούς, etiam apud oratores exstat; cf. Rehdantzi Ind. s. v. Pronomen, Kühnerum II pag. 495, 7.[1]) Sed absolute ponitur reflexivum 45, 55 τὴν θυγατέρα αὑτοῦ.[2]) Cf. Polyb. 1, 20, 2 ἐπίδοσιν αὑτῶν λήψεσθαι τὰ πράγματα; 1, 11, 5 τὸν στρατηγὸν αὑτῶν; Kaelkerum pag. 257, C. J. A. III 464, 8—10 anni 112 p. Chr. τὸν ἄρχοντα ἑαυτῶν Ἁδριανόν; III 185, 1 Καλλίας ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ αὑτοῦ. Quamquam haud me fugit, iam priores hac pronominis collocatione usos esse, nisi locis illis rarissimis de vitio cogitare licet: Herod. 2, 107 τὸν ἀδελφεὸν ἑαυτοῦ, Xen. Hell. 7, 3, 12 τοὺς εὐεργέτας ἑαυτῶν. Aristophanes vero rationibus metricis excusatur Pac. 880 ἐμαυτοῦ τῷ πέει, Nub. 515 τὴν φύσιν αὑτοῦ, 905 τὸν πατέρ' αὑτοῦ.

1) Demosthenis exemplum quod affert 18, 163 optimorum codicum auctoritate refellitur.

2) Blassius τὴν αὑτοῦ mutavit, quod in documento suspecto minus placet.

Locus Dem. 21, 121 *μηδέν' ἕτερον εἶναι τὸν φονέα ἀλλ' Ἀρίσταρχον* convenit Polybi dicendi generi 4, 29, 4. 10, 11, 5. 18, 41, 5. Veteres autem paucis exceptis locis poetarum. Platonis, Xenophontis[1]) scripserunt post negationem *ἀλλ' ἤ*.

Verba quaedam cum alia atque apud priores particula coniunguntur, aut particula est infinitivi loco, velut *ἵνα* pro infinitivo usurpatum videmus in verbis cohortandi et monendi: Dem. 18, 38 *γέγραφα ὑμῖν ἵνα*; 18, 155 *ἀξιοῦν ἵνα βοηθήσῃ ὅπως μὴ περιίδῃ*; 21, 121 *ἀξιοῦντα ὅπως*; 21, 93 *πείθοντα ὅπως*. Vide Inscript. Pergam. 13, 1 sqq. *ἀξιώματα ὅπως* (quater) . . . *ἵνα* . . . *ὅπως*. et Kaelkerum pag. 290, Stich. pag. 203; Kühnerum II pag. 579 adn. 6. *ἔδοξεν διότι* exstat 18, 155 *ἔδοξεν πρεσβεῦσαι* . . . *καὶ διότι*. Polyb. 28, 9, 4 *δοκῶ μὲν ὅτι* . . . *δεῖ λέγειν*, Dem. 18, 115 *εἶπεν ὅτι δοκεῖ*.

Verborum loco per se positorum saepius in documentis praesto sunt verba cum substantivis ita coniuncta, ut simplicis verbi vice fungantur velut 18, 73 *εν φυλακῇ ἔχει*, 75 *ἐντολὰς δοῦναι*, 77 *ἐν εὐηθείᾳ εἶναι*, 124 *ἀναγορεύσεις ποιεῖσθαι*, 166 *σπουδὴν ποιεῖσθαι*, 167 *φιλοτιμίαν προσφέρονται*, 37 *κοιταῖον γίγνεσθαι*, 181 *δοριαλώτους πεποίηκεν*, 182 *ἐμφούρους ποιεῖ*, 84 et 90 *χρείας παρέσχηται*; 21, 168 *ἐχόντων παράγγελμα*, 121 *εἰσαγγελία ἐδόθη ὑπὲρ Ἀριστάρχου*. Quod genus dicendi quamquam in natura et linguae Graecae ratione positum esse recte admonuit Benseler ad Isocr. Areopag. p. 84, apud posteriores demum latius patet verbositatem illam efficiens sententiis nudatam, quae etiam in in-

1) Kühner II pag. 823, 5.

scriptionibus serioris aetatis obvia est. Apud Polybium quoque huiusmodi constructiones verborum passim exstant velut *ποιεῖσθαι τάξιν ἀσφαλῆ* 1, 26, 10; *ἀπόβασιν* 1, 29, 3; *ἀποχώρησιν* 2, 10, 6; *προκοπήν* 2, 13, 1; *ἐκβολήν* 2, 16, 7; *ἀναφοράν* 2, 17, 2; *ἔφοδον* 2, 19, 2; *μάχην* 1, 45, 9; *συμπλοκήν* 1, 50, 9; *κινδύνους* 1, 87, 7; *ἀγῶνα* 2, 10, 2; *λόγον* 1, 79, 7; *ἐξήγησιν* 1, 65, 5; *ὁμολογίας* 1, 88, 4; *ἐξήγησιν* 2, 14, 1; *ἐπίνοιαν* 1, 20, 12; *ἐπιμέλειαν* 1, 29, 1; *φιλοτιμίαν καὶ σπουδήν* 1, 45, 11; *πρόνοιαν* 1, 68, 13; *μνήμην* 1, 84, 11; *ἐπίσκεψιν* 2, 8, 3; *ναυπηγίαν* 1, 59, 8; *παρασκευήν* 1, 88, 10; *γίγνεσθαι πρὸς παρασκευήν* 1, 22, 2; *περί τι* 1, 74, 1; *ἔχειν πρόθεσιν* 2, 25, 6; *συνήθειαν* 2, 20, 8; *λαμβάνειν διάθεσιν* 1, 67, 6; *θεραπείαν προσάγειν* 1, 81, 6; *λόγον προσφέρειν* 2, 2, 8 alique permulta.

Interdum adiectivum poetarum more non refertur ad suum substantivum, sed cum substantivo, ut ita dicam, regenti coniungitur: Dem. 18, 116 *νεανίσκους ἀσπίσι ὀκτακοσίαις* pro *νεανίας ὀκτακοσίους*; 35, 10 *ἐπ' οἴνου κεραμίοις Μενδαίοις τρισχιλίοις*, 34 *οἴνου Κῷα κεράμια*, id quod in prosa oratione plane est inauditum.

Venio ad nonnulla, quae per neglegentiam dicta sunt. Numerus verborum liberius tractatur Dem. 18, 73 *ἡ βουλὴ συναχθῶσι*; 21, 168 *τοῦ στόλου πλεόντων*; 43, 36. 37. 45 ter *αὐτῶν* legitur pro *αὐτοῦ* in testimoniis. Similia occurrunt apud Polybium; cf. Kaelkeri pag. 263. Unum sit pro multis exemplum 18, 9, 9 *τῆς συγκλήτου — τῆς ἐκείνων γνώμης*. Contra apud veteres constructio verborum, quae vocatur *κατὰ σύνεσιν*, adhiberi solet, ubi substantivum singulari numero positum cum genetivo plur. coniunctum est velut Aeschyl.

Agam. 588 *Ἀχαίων στόλος*, Thuc. 1, 20 *Ἀθηναίων πλῆθος*, Xen. Memor. 4, 3, 10 *τὸ γένος ἀνθρώπων*.

Oratio indirecta interdum in directam abit: Dem. 18, 91 *ὑφ' ἡμῶν*, 90 *ἁμέ*, 165 *πρὸς ἡμᾶς κατήγαγον*, 186 *ὑπεδεξάμεθα*; 21, 8. *τοὺς πρυτάνεις χρηματίζειν . . . ἔπειτα παραδιδόιωσαν*; cf. Kaelkeri pag. 262.

Verborum constructiones diversae confunduntur Dem. 18, 155 *ἔδοξεν . . . πρεσβεῦσαι . . . καὶ ἀξιοῦν . . . καὶ διότι . . .* 185 *εἰδώς ὅτι . . . καλόν, ὑπὸ δὲ . . . ἀνάξιον εἶναι.*.

Per neglegentiam quoque fit, ut oratio minus recte procedat velut 18, 181 *ἃς μὲν ἐμφρούρους ποιεῖ καὶ τὰς πολιτείας καταλύει . . . τινὰς δὲ . . .*, ubi verba *καὶ* — *καταλύει* priori ennntiato subiungenda erant hoc modo *ἃς μὲν ἐμφρούρους ποιεῖ τ. π. καταλύων, τινὰς δὲ . .*; Dem. 18, 55 *τῶν νόμων οὐκ ἐώντων πρῶτον μὲν . . . καταβάλλεσθαι, εἶτα . . . στεφανοῦν, ἔτι δὲ μὴ ἀναγορεύειν*, quasi antea dictum esset *ἀπειπεῖν* pro *οὐκ ἐᾶν*.

Saepissime apud Polybium synonyma complura componuntur, quibus nihil affertur novi, qua de re cf. Kaelkeri pag. 272. Stichi pag. 209. Ex Demosthenis documentis satis habeo haecad ferre exempla: 18, 187 *ἀλλότριον οὔτε τῇ συγγενείᾳ οὔτε τῷ ὑμοφύλῳ*; 21, 121 *μηδένα ἕτερον εἶναι φονέα, ἀλλ' Ἀρίσταρχον καὶ τοῦτον αὐτοῦ γεγονέναι αὐτόχειρα.*

Denique adnotabo, Dem. 18, 166 *μή* particulam pro *οὐ* positam esse, quam negligentiam saepius apud Lucianum inveniri commemorat Sommerbrodtius in editione I pag. XXV. Praepositionis *ἔξω* post negationem usurpatae pro *ἀλλ' ἤ* nullum inveni exemplum nisi Dem. 18, 39.

De imperativis in — *ωσαν* exeuntibus Dem. 21, 8. 94, Aeschin. 1, 35 vide Kuehnerum [2] I pag. 529, 10. In inscriptionibus illas formas inde ab anno 200 inveniri testatur Meisterhansius pag. 132; cf. J. Perg. 18, 33 *διδότωσαν*, v. 35 *θυέτωσαν*.

De hiatu satis disputavero, si eius exempla graviora ex Aeschineae documentis collegero. Sunt autem haec: Dem. 18, 19 *ἡ εἰρήνη ἐπιτελεσθῇ ἡ ἐπιχειροτονηθεῖσα ἐν*, 38 *τι ἀδύνατον, ἀδυνάτου ἐπικρινέτω*, 39 *ἴστε ἡμᾶς, γέγραφα ὑμῖν, προτερήσετε ἔξω, ἐφθακέναι ἀδικοῦντες*, 54 *στεφάνῳ ἀρετῆς*, 55 *δύνηται ἀγαθόν, βουλευτηρίῳ ἀνειπεῖν*, 73 *αὐτοῦ ἀποσταλέντα φυλακῇ ἔχει*, 74 *ἐπισκεψάμενοι Ἀθηναῖοι ἐπιτιμήσουσι, ἰδίᾳ ἀγνωμονοῦσιν*, 77 *ἐν μεγάλῃ εὐηθείᾳ ἔσεσθαι*, 78 *ἀφίημι ὑμῖν*, 84 *διατελεῖ εὔνους*, 90 *ἐξείλετο ἁμέ*, 92 *δήμου Ἀθηναίων, μεγίστου ἀγαθῶν, ἐλλείψει εὐχαριστιῶν*, 105 *συντέλειαι ἦσαν*. 106 *οὐσία ἀποτετιμημένη ᾖ, οὐσία ἐστί*, 116 *γυμνικῷ ἀγῶνι*. 118 *τάλαντα ἐπέδωκε*, 137 *ἐκρίθη εἶναι*, 155 *αὐτοκράτορα αἱροῦνται*, 167 *βουλόμενοι ὑμᾶς*, 181 *νομιζόμενα εἶναι, παραιρεῖται οὐδέν*, 183 *ἡγεῖται εἶναι*, 184 *ἐγγυάτω εἶναι*, 185 *ἀλλοφύλου ἀνθρώπου ἄρχεσθαι, ἀποστερεῖσθαι ἀνάξιον*, 186 *ἡγεῖται εἶναι, ἐκείνου ἐκπεσόντας, πολλὰ ἡμῖν*. Ingens vero est eorum hiatuum numerus, qui in pausa loquendi committuntur, ita ut falsarios hiatus omnino non rationem habuisse appareat. Atque si verba in documentis occurrunt, quae Polybius hiatus evitandi causa scripsit,[1]) velut Dem. 18, 164. 165 *οἵτινες*; 18, 167 *ὅπερ*; 18, 78. 187 *διόπερ* (18, 184 *διὸ δέδοκται*); 18, 54 *διότι* (quod), 18, 155. 167. 184 *διότι*

---

1) Kaelkeri pag. 243 sqq.

(ut), documenta eo tempore ficta esse iudicabimus, quo formas illas hiatus causa in latiorem usum venisse diu ex hominum memoria excesserat.

Atque si ea, quae de genere dicendi in documentis Aeschineae et Midianae adhibito disseruimus, breviter complectimur, iis probantur, quae supra[1]) de temporibus falsariorum aliis argumentis nisi iudicavimus, cum multae voces verborumque constructiones seriorem aetatem indicent. Quamquam hic quoque monendum est, ne documentis quibusdam fictis inducti omnia damnemus. Licet enim omnia seu plurima post Harpocrationem inserta sint, argumenta quae Westermannus[2]) contra legem 21, 10 protulit, non modo optime refutavit P. Foucartus,[3]) sed etiam eam ex optimis fluxisse fontibus probabiliter exposuit. Ad omnia denique oratorum documenta referendum est, quod Foucartus in fine dissertationis de Midianae documentis dixit his verbis: ‚Je répète en terminant que cette demonstration ne peut conduire à aucune conclusion générale au sujet des pièces insérées dans les manuscrits de Démostène, pas même pour celles de la Midienne. Il faut pour chacune d'elles un examen particulier'.

---

1) pag. 30 sqq.

2) De litis instrumentis, q. e. in Dem. oratione adv. Midiam Lips. 1844.

3) Revue de philologie 1877 Nouvelle Série I pag. 181.

III.

De litis instrumentis quae in priore adversus Stephanum oratione inveniuntur.

Priusquam ad documenta orationis adversus Stephanum prioris examinanda aggrediar, pauca de litis instrumentis orationum, quae habitae sunt in causis privatis, praemittenda esse mihi videntur. Ac primum quidem ea aut ficta esse aut iam ab oratore ipso inserta necesse est; documenta enim velut Macartateae, Lacriteae, aliarum orationum posteriore aetate colligi potuisse nego. Quis enim, quaeso, ita antiquitatis diligens fuerit, ut instrumenta tam obsoleta undique congesta per saecula memoriae traderet. An est verisimile, in tabulariis publicis tam diu huiusmodi plagulas servatas esse? Immo vero si rationi fidem habere debemus, iam veteres idem atque nos et homines omnium temporum, quae quidem sciamus, fecisse consentaneum est, ut certis temporis spatiis interiectis documenta privata e tabulariis removerent. Haec cum intellexisset Droysenius,[1]) in orationibus, quas aliis scripsissent oratores, iam ab initio fuisse documenta putavit, ut is qui causam diceret apud indices, ubi quodque documentum recitari deberet, aperte intellegeret. Sed quae ubique exstat scribae adhortatio *λέγε, λαβὲ τὸ ψήφισμα* huic rei plane sufficiebat. Neque litigantem ab oratore de litis instrumentis edoceri opus erat, quoniam qui litem habebat ipse illa collecta oratori tradere solebat, quibus ora-

1) l. c. 1839 pag. 539.

tionem fulciret; qua in re illud quoque memoria tenendum est, orationes non recitatas, sed memoriter dictas esse. Deinde nullo modo factum esse potest, ut scriba apographa documentorum recitaret, quae litigans ei dedisset. Quod nisi ita se habuit, quid opus erat documenta in anacrisi usque ad iudicii diem in echino signari? Hoc autem ideo nimirum factum est, ut scriba documenta vera, non subditiva recitaret, et haec quoque sola fuit causa, cur non orator, sed scriba, qui magistratus loco fungebatur, documenta recitaret.[1]) Nihilominus autem id quod supra[2]) exposui, nulla documenta ab ipsis oratoribus inserta esse, ad solas orationes ab oratoribus ipsis editas, publicas plerumque referri debet, non pertinet ad privatas aliorum in usum scriptas, quas post mortem amici collegerunt. Potest enim causa inveniri, cur in illis scriptores documenta adiecerint, satis dilucida. Ubi orator singulis documenti enuntiatis sua verba intermiscet, documentum vel potius documenti particulam adscriptam esse consentaneum est, ut notas quasdam haberet, quibus auditis deberet pergere. Velut apud Lysiam 10, 16 huiusmodi notae exstant; nam si quis § 19 verba legerit, non haec esse *τὸ τελευταῖον τοῦ νόμου* totum putabit, sed excerpta quaedam, de quibus litigans dicturus erat. Et hoc modo locos quoque meo iure interpretor

1) Non igitur iure Droysenium secuti sunt O. Staeker De litis instrumentis, quae exstant in Demosthenis q. f. posteriore adversus Stephanum oratione Halis Sax. dissert. 1884 et Kirchner De litis instrumentis, quae exstant in Demosthenis q. f. in Lacritum oratione dissertatio Halis Sax. 1883.

2) pag. 7 sqq.

Andoc. 1,47 et Demosth. 37, ubi criminatio exstat praeter finem (nam fine audito non iam opus erat nota ulla, quam nos dicimus 'Stichwort') et orat. 56, ubi sicut apud Lysiam l. l. non ea exstant omnia, quae orator recitari iussit, sed pauca verba. Denique si reputamus, Lysiae et Andocidis locis laudatis lemmata deesse, quibus documenta post addita indicari supra[1]) exposui, eos ab ipsis oratoribus originem ducere concedemus. Quae ratio quoniam aliis quoque documentis orationum privatarum subesse potest, in illis examinandis eam persequemur viam, ut omnibus quae adhuc disseruimus neglectis ea genuina esse rati et ab oratoribus ipsis adscripta, num quid huic opinioni contrarium sit, videamus. Sed praemonendum est, rem esse saepius difficillimam diiudicatu, cum in illis privatae litis instrumentis non habeamus pseudeponymos, non praescripta solemnia, non laesam temporum rationem, quae fraudem ostendant; sermo denique ipse nullam fere ansam dat ad certum iudicium faciendum, quippe qui in eiusmodi formulis, provocationibus, testamentis, testimoniis constans plerumque sibi fuerit, nec licuit falsario in tam brevibus ieiunisque formulis inveniendis maius quidquam novare. Illud practerea respiciendum esse censeo falsarios, siquidem fuerunt, finxisse nonnulla ad rerum veritatem verisimile esse, cum maiorum instituta saepe ad suam aetatem servata melius quam nos sine dubio cognovissent. Restat igitur quo inprimis nitamur argumento, ut num hic vel illic oratoris verbis documenta non satisfaciant, examinemus. Sed antea breviter

1) pag. 15.

argumentum orationis adversus Stephanum prioris enarrabo.[1])

Pasio mensarius ex liberto civis Atheniensis factus in matrimonium duxit Aristippen, quacum duos genuit liberos Apollodorum et Pasiclem. Idem cum fidem et prudentiam Phormionis servi cognovisset, et in libertatem eum vindicavit et post mortem testamento facto non modo uxorem ei in matrimonium dedit, sed etiam eum Pasiclis filii tutorem et omnium rerum quas sibi paraverat, curatorem esse voluit, qua de causa Phormioni mensam quoque argentariam et fabricam locavit. Sed cum frater maior natu Apollodorus, qui liberius viveret, aere alieno obrutus plus quam decebat bonorum patris a Phormione exigeret, paulo post Pasionis mortem divisio facta est inter heredes, ut Pasicli, filio minori, sua pars integra servaretur. Qui cum anno 362 sui iuris factus esset, Phormio locatione cessit, quem fratres rationibus cum omnium laude redditis omni crimine liberaverunt; deinde mensam et fabricam aliis locaverunt. Sed postquam Phormio anno 361 civis Atheniensis factus est, Apollodorus matre mortua quinque milia drachumarum ut sua a Phormione postulavit. Res cum ad arbitros venisset[2]), Phormio, ut in posterum amicum haberet Apollodorum, pecuniam, de qua lis erat, solvit, iterumque cognitione ab arbitris facta in Minervae aede Apollodorus Phormionem omnibus querelis liberavit. Qua re non contentus homo ille que-

1) Blass Attische Beredsamk. III 1 pag. 404 sqq. Schaefer Demosthenes und seine Zeit III 2 p. 161 sqq.

2) Apollodorus rem commisit Diniae socero et Niciae affini, Phormio Lysini et Andromeni; Dem. 35, 15.

rulus et libidinosus, ut rem familiarem omnino paene perditam restitueret, Phormioni *ἀφορμῆς* diem dixit anno cr. 350, cum illum Pasionis patris mensae viginti debere talenta simularet. Phormio autem exceptione facta actionem fieri posse negavit, cum et Apollodorus ipsum missum fecisset et lege esset vetitum ultra terminum quinque annorum litem cuiquam *ἀφορμῆς* intendi — intercesserant autem a Pasionis morte viginti anni. Itaque cum Phormio testamento et locatione prolatis adversarium vana fingere ostendisset, Apollodorus damnatus non quintam calculorum partem tulit, ita ut et sextae partis multam solvere cogeretur. Sed ut erat procaci et sibi confidenti ingenio, Stephanum qui cum aliis in causa contra Phormionem instituta testamentum Pasionis et locationem mensae testatus erat, falsi testimonii reum fecit, qua in causa orationem ei confecit Demosthenes, quam nunc habemus, numero quadragesimam quintam.[1])

De testimonio § 8.

Primum accusator recitari iubet testimonium § 8, quod una cum pactione et provocatione etiam 35, 7 recitatum est, hoc:

Στέφανος Μενεκλέους Ἀχαρνεύς, Ἔνδιος Ἐπιγένους Λαμπτρεύς, Σκύθης Ἁρματέως Κυδαθηναιεὺς μαρτυροῦσι παρεῖναι πρὸς τῷ διαιτητῇ Τισίᾳ Ἀχαρνεῖ, ὅτε προυκαλεῖτο Φορμίων Ἀπολλόδωρον, εἰ μή φησιν ἀντίγραφα εἶναι τῶν διαθηκῶν τῶν Πασίωνος τὸ γραμματεῖον ὃ ἐνεβάλλετο Φορ

1) De litis instrumentis huic orationi insertis egerunt Westermannus Acta Academiae Lips. 1850 I pag. 112 sqq., et J. E. Kirchner Halis Sax. dissert. 1883.

μίων εἰς τὸν ἐχῖνον, ἀνοίγειν τὰς διαθήκας τὰς Πασίωνος, ἃς παρεῖχε πρὸς τὸν διαιτητὴν Ἀμφίας ὁ Κηφισοφῶντος κηδεστής· Απολλόδωρον δὲ οὐκ ἐθέλειν ἀνοίγειν. εἶναι δὲ τάδ' ἀντίγραφα τῶν διαθηκῶν τῶν Πασίωνος.

Codices exhibent *εἶναι δὲ τὰ ἀντίγραφα*, id quod sensu est casso, in Libanii autem hypothesi traditum est v. 8 *τάδε*, quod restituit Sauppius in documenti § 8 paenultimo versu et laudavit Kirchner pag. 22 recte mea quidem sententia, cum orator dicat § 9 *τὴν μὲν ἀρχὴν τῆς μαρτυρίας εἶναι πρόκλησιν, τὴν δὲ τελευτὴν διαθήκην* et § 10 *εἶθ' ἡ διαθήκη γέγραπται.* Fuit igitur testamentum in ipsum testimonium receptum, quod nec falsarium fugit scribentem *τάδ'*, sed aut putavit et id quidem falso, documentum hic non totum recitatum esse, aut totum fingere supersedit, quippe quod orator de ipso testamento nihil dissereret, priora autem § 10 verbotenus fere repeteret omissis nominibus. Ceteroquin secundum exempla, quae sunt in oratione adversus Neaeram §§ 47. 71. 123 exspectamus hunc testimonii finem *εἶναι δὲ τὰ ἀντίγραφα τῶν διαθηκῶν τῶν Πασίωνος, ἃ παρέχεται Φορμίων*, deinde testamentum separatim recitatum ut 35, 4. 7, sed utrumque sine dubio fieri potuit.

Testimonii exemplar integrum exstat Dem. 54, 31: *Διότιμος Διοτίμου Ἰκαριεύς, Ἀρχεβιάδης Δημοτέλους κτλ.. μαρτυροῦσιν ἀπιέναι ἀπὸ δείπνου μετὰ Κόνωνος καὶ προσελθεῖν ἐν ἀγορᾷ μαχομένοις Ἀρίστωνι καὶ τῷ υἱεῖ τῷ Κόνωνος καὶ μὴ πατάξαι Κόνωνα Ἀρίστωνα*, quocum huius testimonii formula congruit. Sed Tisias arbiter Acharnensis iam Westermanno[1]) dubitationem movit. Fuit

1) l. c. pag 105 sqq.

enim arbiter publicus, a quo res ad iudices deferri potuit, id quod arbitrio a privato arbitro facto non licuit.[1]) Factum autem esse hac in causa arbitrium constat ex orat. 45, 17. 36, 18; cf. § 33. Arbitri publici sorte creati[2]) unicuique litiganti sorte tributi sunt, ita ut eos eiusdem pagi esse atque litigantes non opus esset.[3]) Mirum igitur esse videtur, quod litigantes eidem pago adscripti sunt Oeneidi atque Tisias arbiter. Quod ut mirum sane est, ita casu et fortuito accidere potuit.[4]) Nova autem oritur difficultas eaque maior, cum legamus 47, 12 *οἱ γὰρ τὴν Οἰνηίδα καὶ τὴν Ἐρεχθηίδα διαιτῶντες ἐνταῦθα* (scil. *ἐν τῇ ἡλιαίᾳ*) *κάθηνται*, nostrum vero arbitrium factum est[5]) in stoa poecile[6]). Sed Kirchner pag. 25 facillime hanc difficultatem tolli sibi persuasit, quippe cum verisimile sit, arbitros, ubi heliaeam ab iudicibus occupatam invenissent, ad porticum confugisse seu rem egisse sub divo. Hoc modo rem se habuisse, quis est qui animum inducat? Athenienses enim rem

---

1) Meier-Schoemann², ed. Lipsius pag. 986 (M.-S.)

2) M.-S. 1012.

3) M.-S. 1014,

4) Falsa pronuntiavit Kirchner pag. 24, aut certe quae nihil probant; Solonem Dem. 40, 16 arbitrum fuisse privatum docet vox *ἐπιτρέπειν*, quae non nisi de privatis arbitris usurpari potest. M.-S. 1012.

5) cf. § 17.

6) Verba quae laudavi cum Schoemanno ita interpretari decet, ut de iis sermonem esse statuamus, qui Oeneidis et Erechtheidis civibus ius reddunt; non cum Meiero (Privatschiedsrichter und die öffentlichen Diäten pag. 25) et Westermanno, ut sint arbitri ex illis tribubus sortiti.

ita ut utrique et iudicum et arbitrorum collegio suus locus esset providisse, per se est consentaneum: nisi vero ille stultissimi fuerunt, suum cuique et tempus definierunt et locum, neque quidquam praeterea impedimento est, quominus de duobus unius aedificii conclavibus cogitemus. Sed utut res illa se habet, qui fieri potuisse putas, ut arbitri cum omni magistratus apparatu subito fugarentur? Mihi quidem haec sententia non toleranda esse videtur, nec si illud re vera fieri potuit, Demosthenes verbis laudatis usus esset, quae certum iudicium certo semper loco habitum indicant. Quae vero Harpocrationis[1]) verba affert Kirchner[2]) *εἰσὶ δὲ οἱ διαιτηταὶ ἕτεροι τῶν δικαστῶν· οἵτοι ἐν δικαστηρίοις ἐδίκαζον ἀποδεδειγμένοις καὶ τὰς ἀπὸ τῶν διαίτητῶν ἐφεσίμους ἔκριτον, οἱ δὲ διαιτηταὶ πρότερον κλήρῳ λαχόντες ἢ ἐπιτρεψάντων αὐτοῖς τῶν κρινομένων τοῖς κρινομένοις διῄτων* nihil valent ad eius sententiam defendendam, quoniam non inter se opponuntur *δικαστήρια ἀποδεδειγμένα* et aliusmodi iudicia, quae quolibet loco fieri poterant, sed *δικασταὶ ἐν δικαστηρίοις ἀποδεδειγμένοις* et *διαιτηταὶ κλήρῳ λαχόντες*.

In testimonio perro habemus *ἃς παρεῖχε πρὸς τὸν διαιτητὴν Ἀμφίας ὁ Κηφισοφῶντος κηδεστής*, quae quamquam recurrunt oratione obliqua § 10, aliena esse censeo a testimonii formula. Licet enim litigantium nomina, quippe quae aliunde nota essent sine patro-

---

1) sub voce *διαιτηταί*.

2) Locum Isocratis 15, 38, quem ad sententiam probandam citavit Kirchner *ἐμὲ δ' οὐδεὶς πώποθ' ἑώρακεν οὔτ' ἐπὶ τοῖς δικαστηρίοις οὔτε πρὸς τοῖς διαιτηταῖς* melius omisset, quippe qui ab his Demosthenis verbis omnino alienus sit,

nymico et pagi notione scripta fuerint velut nostro loco *προυκαλεῖτο Φορμίων Ἀπολλόδωρον*, nego in iusto testimonio quemquam alius affinem nominatum esse. Orator vero cum testamenti argumentum suis verbis circumscriberet, Amphiam Cephisophontis affinem appellavit, ut cur testamentum apud illum depositum arbitro exhibuisset, quivis melius perspiceret. Sed in ipso documento requirimus *Ἀμφίας τοῦ δεῖνος τοῦ δεῖνος δήμου.*[1])

De nominibus propriis quae in documentis exstant dissertatione absoluta in universum dicam.[2])

II.

De testimonio § 19.

Κηφισοφῶν Κεφαλῶνος Ἀφιδναῖος μαρτυρεῖ καταλειφθῆναι αὐτῷ ὑπὸ τοῦ πατρὸς γραμματεῖον, ἐφ' ᾧ ἐπιγεγράφθαι διαθήκη Πασίωνος.

Tota formula praeter nomen inserta est in orationem ipsam; verba *ὑπὸ τοῦ πατρὸς* originem ducunt ex § 39 *καταλιπεῖν τὸν πατέρα αὐτῷ ἐπιγεγραμμένον γραμματεῖον διαθήκην.* Ceteroquin contra huius testimonii fidem omnino nihil proferri potest: hoc tantum admonuerim, oratorem dicere § 20 *γραμματεῖον δ' αὐτῷ καταλειφθῆναι* et § 39 *καταλιπεῖν τὸν πατέρα αὐτῷ κτλ:* ergo falsarius, quem haec finxisse brevi cognoscemus, proxima oratoris verba secutus est.

---

1) Secundum Aeschin. 2, 67 *μαρτυρεῖ Ἀμύντωρ Αἰσχίνῃ* hic quoque exspectamus *μαρτυροῦσι Φορμίωνι.*

2) cf. pag. 83.

III.

De testimonio § 24 denuo recitato.

Documentum quod unicum huius orationis cod. Σ servavit, artissime cohaerere cum oratione recte observavit Kirchner pag. 29, unde putavit documentum hac de causa non esse a codice repudiatum. Sed etiam 35, 23 Σ solum servavit documentum, quod non ita oratoris verbis tamquam innexum est. Neque tamen hoc quoque loco fuisse notas illas seu lemmata nego, de quibus pag. 60 exposui, quamquam eas a falsario completas et auctas esse persuasum habeo. Nam si orator brevitati studebat, id quod est per se consentaneum, plura repetita sunt quam opus erat repetere, si minus, totum desideratur documentum cum testium nominibus et Tisiae demotico patronymicoque, quae desunt. Quod autem Kirchner pag. 24 dicit, nomina illa omissa esse, cum non tam nomina singula, quam rem ipsam, quam testati erant testes, inprimis oratoris interesset in iudicum memoriam revocare, id vero et de omnibus testimoniis dici potest et prorsus est falsum, quoniam scriba non recitavit e schedula oratoris, sed ipsa documenta signata eque echino deprompta.[1])

IV.

De testimonio § 55.

Δεινίας Θεομνήστου Ἀθμονεὺς μαρτυρεῖ τὴν θυγατέρα αὑτοῦ ἐκδοῦναι Ἀπολλοδώρῳ κατὰ τοὺς νόμους γυναῖκα

1) pag. 60.

ἔχειν καὶ μηδὲ πώποτε παραγενέσθαι μηδὲ αἰσθέσθαι, ὅτι Ἀπολλόδωρος ἀφῆκε τῶν ἐγκλημάτων ἁπάντων Φορμίωνα.

Secundum ea, quae Demosthenes dixit § 54, exspectamus testaturum esse Diniam, primum quaenam necessitudo[1]) intercedat inter Stephanum et Apollodorum, deinde falsum esse Stephani testimonium.[2]) Neutrum autem fit, cum Dinias Apollodorum ipsius esse generum testetur nee se unquam comperisse, Phormionem omnibus querelis ab Apollodoro liberatum esse. Prius vero quod desidero testimonium hoc loco non opus esse Kirchner contendit pag. 29 his verbis: ‚Nam quod videam, cum orator § 54 dixisset *ἔστι γὰρ ἡ τοίτου μήτηρ καὶ ὁ τῆς ἐμῆς γυναικὸς πατὴρ ἀδελφοί*, de huius rei veritate iam nemini dubitandum erat'. At qua de causa, quaeso, hoc si ita est, documenta omnino recitari opus fuit? Multa enim affirmaverunt litigantes, sed ut iudicibus fidem facerent, documenta protulerunt.

Nec non de altera parte testimonii longe aliam atque Kirchner sententiam sequor. Et quoniam § 56 scriptum videmus *ὃς . . διὰ τὴν συγγένειαν* (scil. quae intercedit inter ipsum et Stephanum) *οὐδὲ τἀληθῆ μαρτυρεῖν ἐθέλει*, primum utrum testatus sit necne diiudicandum est; verba enim *οὐκ ἐθέλει* etiam significare possunt, invitum tantum eum testari. Cum autem negato testimonio *ἐξωμοσίᾳ* uti posset, id quod

---

1) Stemma est hoc:



2) § 54 *ὃς ἂν . . . τὰ ψευδῆ μαρτυρεῖν ἐθέλησε.*

hoc loco non factum est, Diniam testatum esse verisimilius est. Sed ut rem in medio relinquamus, si re vera testatus est Dinias, certe tamen haec testari non potuit, cum et verba cum antecedentibus minime congruant et testis, si haec dixisset, sine dubio falsi testimonii reus factus esset. Nam ex Dem. 35, 17[1]) Phormionem Diniae cognitionem recitasse cognoscimus: igitur Dinias si hic tale quidquam testari ausus esset, ipse in perniciem se dedisset. Sin autem Diniam reiecisse testimonium putamus, Apollodorum vero illud exhibuisse ad iudices decipiendos, id quod saepe factum est, cur non scripsit Apollodorus testimonium cum antecedentibus cohaerens, et quod magis ex re ipsius esset, falsum esse Stephani testimonium? Deinde cur non eiuratione facta admonuit iudices, cognationis cum Stephano causa Diniam non dedisse testimonium, scire autem eum, falsa dixisse Stephanum? Sed cum nusquam Apollodorum testimonium negatum in suum convertisse commodum[2]) videamus, iam Diniae nihil aliud fuisse testandum elucet nisi quomodo inter se cognatione coniuncti essent Stephanus et Apollodorus. Hoc enim modo assecutus est accusator, ut Diniae boni et Stephani pravi mores sibi

---

1) *ἀκούειε τῆς γνώσεως . . . ἣν ἔγνω Δεινίας* (sc. arbiter).

2) Hic fieri debuit quod Kirchner pag. 32 optime explicat hoc modo: ‚Notum enim et tritum erat artificium in iudiciis Atticis, actorem testibus deficientibus rem aliquam testimonio allato pro certo confirmare solitum esse, et quamvis sciret, illos esse eiuraturos, rem non se ita habuisse, tamen verbis speciosis et copiosis rem ita apud iudices conformare, ut animos illorum sibi conciliaret.‘

opponerentur, nec opus erat plura addere.[1]) Denique si quaeritur, qua de causa hoc invenerit falsarius, gravissimum hoc Diniae testimonium contra Dem. 36, 17 proferendum esse putavit, ut Apollodori causa pessima sublevaretur. Quibus omnibus quantum equidem iudicare possum evincitur, documentum esse spurium.

V.

De testimonio § 60.

Μαρτυροῦσι φίλοι εἶναι καὶ ἐπιτήδειοι Φορμίωνι καὶ παρεῖναι πρὸς τῷ διαιτητῇ Τισίᾳ ὅτε ἦν ἀπόφασις τῆς διαίτης Ἀπολλοδώρῳ πρὸς Φορμίωνα, καὶ εἰδέναι τὴν μαρτυρίαν ὑφῃρημένον Στέφανον, ἣν αἰτιᾶται αὐτὸν Ἀπολλόδωρος ὑφελέσθαι.

Testium nomina in fronte omissa sunt; sed cur hoc librarius quidam fecerit, non video.[2]) Nam cum documentum omnino non necessarium sit ad oratoris verba intellegenda, nomina eiusdem sunt momenti ac reliqua. Supersedit autem falsarius ea fingere, neque hanc Westermanni sententiam[3]) profligavit Kirchner, cum diceret: ‚Ineptissime igitur Westermannum disputare iudico verba facientem: ‘Hier und bei den beiden folgenden Aussagen hat der Verfasser sich gar nicht die Mühe genommen, die Namen der Zeugen zu erfinden’, quasi falsario, ut quidem Wester-

1) Ideo Kirchner pag. 30 refutatur.

2) Kirchner pag. 31. Schoemann de comitiis Athen. pag. 133: orator omnia integra et ad verbum describere supersedit.

3) l. l. pag. 111.

mannus vult, tanti sudoris ac laboris fuisset, cum tot nomina ementitus esset, etiam reliquis instrumentis testium nomina affingere.' Neque tanti fuit sudoris, sed cum interpres ille neminem decipere[1]), sed exempla quaedem proponere vellet, praescripta omisit, quippe quae iam primo testimonio demonstrata essent: quis enim talia in exercitationibus apud discipulos habitis miretur?

Falso autem Westermannus[2]) putavit, ipso arbitrii die non licuisse testimonia afferre, id quod hoc loco fieret; qua de re cf. Demosth. 49, 19 et Meier-Schoemann pag. 888. Sed verba *μαρτυροῦσι φίλοι εἶναι καὶ ἐπιτήδειοι Φορμίωνι* suspicionem movent. Quis enim Apollodorum tantae fuisse stultitiae putet, ut hoc modo ipse testimonio demeret fidem? Certo postea eum dicere decebat § 61 *οὐκ ἄδηλον ἦν, ὅτι τοῦτο ἔμελλον ποιήσειν, προθύμως ἐξομεῖσθαι· εἰσὶ γὰρ φίλοι καὶ ἐπιτήδειοι Φορμίωνι*, sed quae nobis tradita sunt, inepte finxit falsarius, ut cur illi eiurassent, apertum fieret. Praeterea in testimonio commemorari debuit, quomodo furtum illud per se minus credibile fieri potuisset; sed hac de re ex ipsa oratione plura cognoscimus § 58 *πρὸς μαρτυρίαν τινὰ ἵν' ἐξορκώσαιμι, ἀνασιάντος ἐμοῦ.* Quibus de causis documentum fictum esse persuasum habeo.

VI.

De testimonio § 61.

Μαρτυροῦσι παρεῖναι ὅτε Ἀπολλόδωρος προὐκαλεῖτο

1) pag. 25 sqq.
2) l. l. pag. 112.

Στέφανον παραδοῦναι τὸν παῖδα τὸν ἀκόλουθον εἰς βάσανον περὶ τῆς ὑφαιρέσεως τοῦ γραμματείου, καὶ γράμματα ἦν ἕτοιμος γράφειν Ἀπολλόδωρος καθ' ὅτι ἔσται ἡ βάσανος. ταῦτα δὲ προκαλουμένου Ἀπολλοδώρου οὐκ ἐθελῆσαι παραδοῦναι Στέφανον, ἀλλ' ἀποκρίνασθαι Ἀπολλοδώρῳ δικάζεσθαι, εἰ βούλοιτο, εἴ τί φησιν ἀδικεῖσθαι ὑφ' ἑαυτοῦ.

Cum duo praesto sint lemmata ***ΜΑΡΤΥΡΙΑΠΡΟΚΛΗΣΙΣ***, unum habemus documentum. Rectissime autem iam Westermannus adnotavit, si excidisset provocatio, lemma alterum ponendum fuisse post testimonium. Quod vero Kirchner pag. 33 putavit, librarii errore duo lemmata praescripta esse, argumentum est per se non credibile, neque quod tali in quaestione adhibere debemus. Restat igitur ut putemus, falsarium cum invenisset lemmata, testimonium solum adscripsisse, provocationem autem omisisse, quod eius argumentum iam testimonio contineretur. Neque excidisse provocationem, aperte videmus hunc locum comparantes cum 59, 123 ubi in fine exstat *τὴν δὲ πρόκλησιν εἶναι ἣν παρέχεται Ἀπολλόδωρος*, quibus verbis ad ipsam provocationem traducimur, quae separatim deinde recitatur.[1]) Falsarius vero, cui sive ob ignorantiam sive ob aliam causam non in animo esset, provocationem fingere, tritam documenti clausulam ut testamentum § 8 praetermisit.

VII.

De antigrapha § 46.

(a) *Ἀπολλόδωρος Πασίωνος Ἀχαρνεὺς Στεφάνῳ Μενεκλέους Ἀχαρνεῖ ψευδομαρτυριῶν· τίμημα τάλαντον.*

1) Miror igitur, cur K. pag. 33 utrumque documentum simillime esse comparatum contendat.

τὰ ψευδῆ μου κατεμαρτύρησε Στέφανος μαρτυρήσας τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ γεγραμμένα.

(b) Ἀληθῆ ἐμαρτύρησα μαρτυρήσας τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ γεγρσμμένα.[1])

Habemus igitur actionis formulam, cui subscripta sunt τἀληθῆ ἐμαρτύρησα κτλ. Illa omni ex parte congruit cum formula, quam Dionysius Halicarnassensis V pag. 635 ed. Reiskius tradidit hanc: Δείναρχος Σωστράτου Κορίνθιος Προξένῳ ᾧ σύνειμι βλάβης ταλάντων δύο. ἔβλαψέ με Πρόξενος ὑποδεξάμενος εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἑαυτοῦ. Cuius documenti fides quamvis nihil valeat, cum ipse dicat Dionysius προσκειμένην δ' ἔχει τὴν γραφὴν ταύτην maximamque praeterea suscitent dubitationem verba ᾧ σύνειμι, quae ex documenti periphrasi ipsius oratoris in formulam irrepsisse censeo, tamen tales fuisse actionum formulas probatur Aristotelis verbis Ἀθην. πολιτ. 48.

Cetera quae exstant exempla paulo aliter sunt comparata. Sunt autem haec: Diog. Laert. II 40 ἀνάκειται γὰρ ἔτι καὶ νῦν, φησὶ Φαβωρῖνος, ἐν τῷ μητρῴῳ· τάδε ἐγράψατο καὶ ἀνθωμολογήσατο Μέλιτος Μελίτου Πιτθεὺς Σωκράτει Σωφρονίσκου Ἀλωπεκῆθεν· ἀδικεῖ Σωκράτης οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενος· ἀδικεῖ δὲ καὶ τοὺς νέους διαφθείρων. τίμημα θάνατος.

Aristoph. Vesp. 894

ἐγράψατο
Κυὼν Κυδαθηναιεὺς Λάβητ' Αἰξωνέα

1) Sic exhibent codices; Reiskius partes a et b columnatim posuit. Blassius verbis Ἀπολλόδωρος — τίμημα τάλαντον praemissis reliqua in duas columnas divisit, quod qua de causa fecerit non intellego.

Τὸν τυρὸν ἀδικεῖν ὅτι μόνος καινήσθιεν
Τὸν σικελικόν· τίμημα κλῳὸς σύκινος.

Optime videlicet haec Diogenis et Aristophanis documenta inter se congruunt, summae utrumque auctoritatis. Nam et Favorinus illius auctor formulam in metroo invenit et huius iocoso instrumento omnino est confidendum, cum si risum movere voluit audientium iocosis suis facetiis poeta, necesse erat formulam solemnem acuratissime imitari.[1]) Exspectamus igitur nostro loco *τάδ' ἐγράψατο Ἀπολλόδωρος κτλ. . . ψευδομαρτυριῶν· τὰ ψευδῆ μου κατεμαρτύρησε . . . τίμημα τάλαντον.* Atque si cum Lipsio[2]) documentum a Diogene Laertio laudatum non esse iustam actionis formulam putamus, sed apographum post anacrisin in tabulario repositum[3]), certo multae notionem in fine positam esse exspectamus velut in inscriptione hac[4]): *τίμαμα τῶν χρημάτων ὧν δικαζόμεθα, τάλαντα τριάκοντα.* Sed ut concedamus totam formulam optime procedere usque ad priorem vocem *γεγραμμένα*, quid sibi volunt

---

1) Igitur omnino non facio cum Kirchnero pag. 36. Atque quod apud Diog. Laert. *ἐγράψατο* non verbi quod dicimus regentis vice positum est et verbum *ἀδικεῖν* cum participiis coniungitur, contra apud Aristophanem *ἀδικεῖν* a voce *ἐγράψατο* pendet neque verbo *ἀδικεῖν* subiunguntur participia, sed particula *ὅτι*, nullius est momenti. Aliquid vero etiam rei metricae tribuamus.

2) M.-S. pag. 805.

3) Sed non putamus; conferas Demosthenis locum 29, 31 *τάδ' ἐγκαλεῖ Δημοσθένης Αφόβῳ. ἔχει μου χρήματ' Ἄφοβος κτλ.*

4) Inscriptions Greek of the British Mus II 299b.

verba addita *ἀληθῆ ἐμαρτύρησα κτλ*? De antigrapha disputaverunt Pollux VIII 58 haec *ἀντιγραφὴ δέ, ὅταν τις κρινόμενος ἀντικατηγορῇ. καὶ ἡ παραγραφὴ δὲ ἀντιγραφῇ ἔοικε· διὸ καὶ προεισέρχεται. ὁ δ' ἀντιγραψάμενος μὴ κρατήσας τὴν ἐπωβελίαν προςωφλίσκανε. τίθενται δὲ καὶ τὸ τῆς ἀντιγραφῆς ὄνομα καὶ κατὰ τῶν ἀπαντώντων πρὸς τὰς γραφάς. καὶ ἔστι πρὸς τὴν γραφὴν τὸ τοῦ φεύγοντος γράμμα ἀντιγραφή· οἷον τὰ ψευδῆ μου κατεμαρτύρησε Στέφανος γράψας τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ* et Harpocratio s. v. *ἀντιγραφή· τὰ τῶν δικαζομένων γράμματα ἃ ἐδίδοσαν περὶ τοῦ πράγματος καὶ τὰ τοῦ διώκοντος καὶ τὰ τοῦ φεύγοντος ἀντιγραφή . . Δημοσθένης κατὰ Στεφάνου.* Atque quod scripsit Harpocratio de antigrapha, ex hoc Demosthenis loco conclusisse videtur, quo duas exstare antigraphas aperte iudicavit, accuratius autem Pollux duo formularum genera significari *ἀντιγραφή* voce commemoravit, primum exceptionem, quae alibi vocatur *παραγραφή*, deinde libellum, quo reus accusatoris actionem refellere studebat[1]): hunc alterum nostro loco recitatum esse, docent oratoris verba § 45 *ἀληθῆ μεμαρτύρηκα κτλ.* Falsarius autem, quo facilius quivis intellegeret, quomodo *γραφή* et *ἀντιγραφή* inter se cohaererent, utramque finxit, ita tamen ut praescriptum antigraphae omitteret, quippe quod simillimum esset *γραφῆς* praescripto, eandem secutus rationem atque § 24. 60. 61, ubi testium nomina nulla adscripsit. Pollux vero, cum rectum de antigrapha iudicium fecisset, nimia neglegentia prima quae invenerat apud Demosthenem verba ut ex antigrapha

1) M.-S. pag. 830.

sumpta laudavit, quamquam facillumum erat cognoscere, ea non pertinere ad *τὸ τοῦ φεύγοντος γράμμα.*

Iam si antigrapham illam *τἀληθῆ ἐμαρτύρησα* per se ipsam respicimus, quod in oratione § 45 legimus *ἀληθῆ μεμαρτύρηκα*, in neutram partem quidquam probat. Contra valde mirari debemus haec *τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ γεγαμμένα*, in quibus iam Schoemannus notionem accuratiorem quaenam essent ista *γράμματα*, desideravit, rectissime mea quidem sententia. Nam si cum Lipsio[1]) credamus, testimonium in separata schedula notatum formulae additum fuisse, tamen haec aliquo modo ad apographum referenda erat velut *τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ, ὃ παράκειται* vel similiter.

Falsarius autem *γράμματα* illa, quae § 8 recitata erant articulo *τῷ* adiecto ita posuit quasi iam nota essent, id quod convenit in eum qui orationem legit, non in eum, qui litem instruebat *ἡγεμὼν τοῦ δικαστηρίου.*

Denique antigrapha non ita comparata esse debuit, ut reus ea, quae crimini ei data erant, uno verbo negaret; immo vero, si instituto illi Atheniensium rationem ac consilium quoddam subfuisse credimus, reus in antigrapha quae praesto erant argumenta adversus actoris crimina, composuit, seilicet ut is, qui causam instruebat magistratus, optime de controversia omni ex parte edoceretur.

VIII.

De testamento § 28.

Τάδε διέθετο Πασίων Ἀχαρνεύς· δίδωμι τὴν ἐμοῦ

1) M-S pag. 804.

γυναῖκα Ἀρχίππην Φορμίωνι καὶ προῖκα ἐπιδίδωμι Ἀρχίππῃ τάλαντον μὲν τὸ ἐκ Πεπαρήθου, τάλαντον δὲ τὸ αὐτόθεν, συνοικίαν ἑκατὸν μνῶν, θεραπαίνας καὶ τὰ χρύσια καὶ τἆλλ' ὅσα ἔστιν αὐτῇ ἔνδον· ἅπαντα ταῦτα Ἀρχίππῃ δίδωμι.

Omnia, non ut Kirchner putavit pag. 37 nonnulla tantum, quae in hoc testamento commemorantur, oratione ipsa laudantur praeter Pasionis pagum. Vox enim *ἔνδον* indicatur verbo *οἴκοι* § 30 ipsaque recurrit § 34 *ἃ δ' αὐτὸς εἰργασμένος ἔνδον κατέλιπε κτλ.*; cf. praeterea § 74 *καὶ τἆλλα, ὅσα ἐστίν, Ἀρχίππῃ δίδωμι.*[1])

Sed ea re non removetur suspicio documentum genuinum non esse. Quamquam initium aliis exemplis comprobatur; cf. Diog. Laert. III 41 *τάδε κατέλιπε καὶ διέθετο Πλάτων*; V 11 *τάδε διέθετο Ἀριστοτέλης*[2]), contra V 69 *τάδε διατίθεμαι.* Verbum *ἐπιδιδόναι* eodem sensu usurpatur Lys. 32, 6 *τάλαντον μὲν ἐπιδοῦναι τῇ γυναικὶ καὶ τὰ ἐν τῷ δωματίῳ δοῦναι.* In fine autem nihil exspectamus nisi haec *καὶ τἆλλ' ὅσα ἐστὶν αὐτῇ ἔνδον δίδωμι.* Nam quae exstant *ἅπαντα ταῦτα Ἀρχίππῃ δίδωμι* ex animo eius dicta sunt, qui dotis immodicam magnitudinem significare voluit, non ex Phormionis animo. Hoc igitur falsarius, et quod Apollodori verbis magnitudinem dotis crimini vertentis respondere videbatur, et quod postea ille le-

---

1) Sic quidem Bekkerus interpunxit.

2) C. J. G. 2448 (Therae) *ἐπὶ ἐφόρων τῶν σὺν Φοιβοτέλει τάδε διέθετο νοοῦσα καὶ φρονοῦσα Ἐπικτήτα Γρίννου μετὰ κυρίου Ὑπερείδους τοῦ Θρασυλέοντος . . . . εἴη μέν μοι ὑγιαινούσᾳ καὶ σωζομένᾳ τὰ ἴδια διοικεῖν, εἰ δέ τί κα γένηται περὶ μὲν τῶν ἀνθρωπίνων, ἀπολείπω κτλ.*

git *καὶ τἆλλα ὅσα ἐστίν, Ἀρχίππῃ δίδωμι* § 74, ubi orator pro voce *αὐτῇ* priore loco § 28 usurpata nomen uxoris repetivit, per errorem addidit falsa scilicet inductus interpretatione; est autem sic distinguendum *καὶ τἆλλα ὅσα ἐστὶν Ἀρχίππῃ, δίδωμι.* Quod cum nesciret, falsarius duos qui idem significant, locos separatim unumquemque instrumento inserendos esse putavit. Igitur quae Kirchner pag. 38 protulit, rem non tangunt: non enim est per se mira saepius repetita vox *δίδωμι,* sed id quod enuntiatum quo nihil inducitur novi, additum est.

Ceterum non exstat totum documentum, cum Demosthenes ipse alios eius titulos laudet; cf. 36, 8 *τὴν μὲν γυναῖκα κατὰ τὴν διαθήκην, τὸν δε παῖδα ἐπετρόπευεν*; ibid. *λογιζόμενοι πρὸς ἑαυτοὺς οἱ ἐπιτρόποι ὅτι, εἰ δεήσει κατὰ τὰς διαθήκας, ὅσ' ἂν οὗτος ἐκ κοινῶν τῶν χρημάτων ἀναλώσῃ, τούτοις ἐξελόντας ἀντιμοιρὶ τα λοιπὰ νέμειν κτλ.*; 36, 34 *πρεσβεῖα λαβὼν τὴν συνοικίαν κατὰ τὴν διαθήκην.*[1])

Desideramus praeterea nomina curatorum eorumque, apud quos depositum erat testamentum eiusque apographa, denique nomina testium qui aderant, quae omnia integra exstant aqud Diog. Laert. V 56 sqq. Atque cum solam partem habeamus testamenti, oratoris verbis § 28 *λέγε αὐτοῖς τὴν διαθήκην,* evincitur totum esse recitatum; quoniam postea non dicit orator *ἐπίσχες,* qua sola voce scriba intellegere potuit, ubi recitandi faceret finem.[2])

---

1) Neglexit haec Kirchner pag. 38.

2) Documenta quae in anacrisi apud iudicii *εἰσαγωγέα* deponebantur, tota recitanda fuisse vel inde apparet, quod ipsa depositione cautum erat, ne quid documentis adderetur

IX.

De mensae locationis formula § 31.

Κατὰ τάδε ἐμίσθωσε Πασίων τὴν τράπεζαν Φορμίωνι μίσθωσιν φέρειν Φορμίωνα τῆς τραπέζης τοῖς παισὶ τοῖς Πασίωνος δύο τάλαντα καὶ τεττεράκοντα μνᾶς τοῖ ἐνιαυτοῖ ἑκάστου, χωρὶς τῆς καθ' ἡμέραν διοικήσεως· μὴ ἐξεῖναι δὲ τραπεζιτεῦσαι χωρὶς Φορμίωνι, ἐὰν μὴ πείσῃ τοὺς παῖδας τοῦς Πασίωνος· ὀφείλει δὲ Πασίων ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἕνδεκα τάλαντα εἰς τὰς παρακαταθήκας.

In fronte desideramus plena nomina quae recte exstant in lapidibus; cf. Wescher Revue archéolog. 1866, XIV pag. 352: *κατὰ τάδε ἐμίσθωσαν Ἀντίμαχος Ἀμφιμάχου κτλ. . . . ἐργαστηρίον τὸ ἐν Πειραιεῖ . . . . Εὐκράτει Ἐξηκίου Ἀφιδναίῳ.* Deest deinde in nostro documento quivis terminus, quo pecuniam solvi necesse erat, cf. l. l. vers. 13 *ἐφ' ᾧτε διδόναι τὰς μὲν ΔΔΔ ἐν τῷ ἑκατομβαιῶνι, τὸς δὲ εἴκοσι καὶ τέτταρας ἐν τῷ ποσειδεῶνι κτλ.* Nec quid fieri deberet, nostro loco praecautum est, si conductor non stetisset pacto; cf. autem l. l. vers. 17 *ἐὰν δὲ μὴ ἀποδιδῷ* sqq. Alia deinde, quae exstant in Wescheri inscriptione et C. J. G. I, 93 *κα[τὰ] τάδε ἐμίσθωσαν Αἰξωνεῖς τὴν Φιλαεῖδα Αὐτοκλεῖ Αὐτέου καὶ Αὐτέᾳ Αὐτοκλέους τετταράκοντα ἔτη ἑκατὸν πεντήκοντα δυοῖν δραχμῶν ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν ἐφ ᾧτε . . . . . τὴν δὲ μίσθωσιν ἀποδιδόναι τοῦ Ἑκατομβαιῶνος μηνός· ἐὰν δὲ μὴ ἀποδιδῶσι κτλ*[1]),

---

vel demeretur. Quod vero aliis locis oratores partem documenti recitari iusserunt, ideo factum est, quod antea iam totum recitatum erat.

1) Cf. etiam C. J. G. I 103 *ἐπὶ Ἀρχίππου ἄρχοντος Φρονίωνος δημάρχου [κ]ατὰ τάδε μισθοῦσι κτλ.*

desideramus velut quaenam ista fuerit mensa et quo loco posita. Quod attinet ad sermonem, in documento legimus *ἐνιαυτοῦ ἑκάστου χωρὶς τῆς καθ' ἡμέραν διοικήσεως* hiatu evitato, cum in orationis contextu exstet *ἕνεν*. Tum habemus aoristum *τραπεζιτεῦσαι*, cum post tribus locis orator exhibeat § 32. 34 *τραπεζιτεύειν*. Invenimus denique *χωρίς* repetitum in documento[1]), quod deest in oratoris periphrasi § 32. In fine desunt sponsorum nomina.[2]) Quae omnia nullius esse momenti putavit Kirchner pag. 39 ratione non data iudicii sui. Alia equidem nescio an sint leviora. In oratione pro Phormione habita semper recurrit lectio *προσοφείλειν ἐπὶ τὴν τράπεζαν*; cf. 36, 4. 6. 10. 12, ut haec potius in documento fuisse crediderim.[3])

Deinde ex oratoris verbis § 32, quae parte formulae repetita leguntur *προσγέγραπται δὲ τὸ τελευταῖον· ὀφείλει κτλ.*, coniciam, inter has partes nonnulla excidisse, quoniam aliter intellegi nequit, cur orator non verbis *ἐὰν μὴ ἡμᾶς πείσῃ* statim adiunxerit *ὀφείλει δὲ Πασίων*.

Haec si omnia computamus, locationem subditiciam esse censendum est. Sed si qui sint, qui hoc negent, ultimum iis eripiam refugium. Kirchner normam ac regulam, quam sequendum esset, pag. 39

---

1) Hoc concedo librarii errore factum esse posse, cuius oculi ad prius *χωρίς* aberravere.

2) Wescheri l. l. vers. 20 *ἐγγυητὴς τοῦ ποιήσειν τὰ γεγραμμένα Ἐξηκίας Ἀφιδναῖος ἐν τῷ χρόνῳ τῷ γεγραμμένῳ κτλ.*

3) Bekkerus *ἐπὶ τὴν τράπεζαν* restituit.

proposuit hanc: 'Iis, quae et in hac formula et in orationis tenore inter se congruunt[1]), omissis ea perpendamus, quae in formula propria ac singularia leguntur.' Itaque haec quae sunt in documento *μίσθωσιν φέρειν Φορμίωνα τῆς τραπέζης . . . δύο τάλαντα καὶ τεττεράκοντα μνᾶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου* tacite probavit, quippe quae eadem fere legantur in oratione § 32 *μίσθωσιν μὲν φέρειν τοῦτον . . . δύο τάλαντα καὶ τεττεράκοντα μνᾶς κτλ.* Sed quanti locaverit mensam Pasio, aliunde constat: cf. 36, 11 *νέμονται* (scil Apollodorus et Pasicles fratres) *τὴν τράπεζαν καὶ τὸ ἀσπιδοπηγεῖον . . . τὸ μὲν γὰρ (ἀσπιδοπηγεῖον) τάλαντον, ἡ δὲ (τράπεζα) ἑκατὸν μνᾶς ἔφερεν*; una igitur tulerunt et mensa et fabrica duo talenta et quadraginta minas. Deinde § 37 *ἐκ δὲ τῶν μισθώσεων ὀγδοήκοντα μνᾶς τοῖ ἐνιαυτοῖ ἑκάστου (εἰςπέπρακται)*, hoc est dimidium duorum talentorum minarumque quadraginta (alterum erat fratris dimidium), quae redibant ex locationibus mensae et fabricae. Ibidem § 37 exstant haec *δέκα δὲ τῶν μετὰ ταῦτα, ὧν ἐμίσθωσαν ὕστερον Ξένωνι καὶ Εὐφραίῳ καὶ Εὔφρονι καὶ Καλλιστράτῳ τάλαντον τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου (εἰσπέπρακται)*, scilicet quod fabricam sibi sumpserat Apollodorus, ex qua talentum redibat quotannis; cf. 36, 11.[2])

Quibus omnibus sine ulla dubitatione unum fuisse de mensae et fabricae locatione documentum evinci-

---

1) cf. § 32—34 huius orationis.

1) Schaefer l. c. III. 2 pag. 162 fratres ab conductoribus duo talenta, quadraginta minis minus quam a Phormione accepisse putat, id quod falsum est, cum l. l. orator Apollodorum fabricam sibi sumpsisse, quae 40 minis minus ferebat quam mensa, expressis verbis commemoraverit.

tur, ad quod referenda sunt orationis verba 45, 32 *μίσθωσιν φέρειν Φορμίωνα κτλ.* Quod ita se habere, etiam concludendum erat ex verbis 36, 4 *ἀναγνώσεται τὰς συνθήκας, καθ' ἃς ἐμίσθωσε Πασίων τὴν τράπεζαν τούτῳ καὶ τὸ ἀσπιδοπηγεῖον.* Sed falsarius cum fabricae hoc loco nulla mentio fieret, orationis verbis ad solam mensam relatis claudum finxit instrumentum. Cum autem ultimum hoc documentum sine dubio pessime sit fabricatum, cetera quoque, contra quae minus certa afferri poterant, ficta esse concedendum erit. Videmus enim oratores ne in iis quidem orationibus, quas aliis scripserunt, documenta adscripsisse iis exceptis locis, de quibus disserui pag. 60; quod ni ita esset, hic quoque legitima exstaret locatio. Et quoniam documenta privata aut ab oratoribus addita aut ficta[1]) esse neesse est, ex locatione § 31 de omnibus oratorum litis instrumentis privatis iudicium facere licet: leges vero et populiscita per se quaeque examinanda sunt.

X.

De nominibus propriis.[2])

Restat ut de nominibus propriis, quae in orationis documentis exstant, verba faciamus. Praeter Apollodorum, qui Acharnensis trib. Oeneidis in documentis appellatur, habemus Apollodorum *Λευκονοέα* Leontidis Dem. 50, 29, Apollodoro nostro ami-

---

1) supra pag. 60 sqq.

2) De iis locis, quos non accurate distinxi, adeas quaeso Benseleri lexicon nomin. propr.

cum et affinem, *Φαληρέα* Aiantidis, *Πλωθέα* Aegeidis, *Ὀτρυνέα* Aegeidis, *Γαργήττιον* Aegeidis C. J. G. 431, Boeckh. tab. rei nav. XIb 52 XIIIa 157d 8, XIVa 25 d 10, *Κηφισιέα* Erechtheidis, alium Erechtheidis C. J. G. 165, *Κηφισιέα* C. J. A. II 1226 saec. II, *Εὐωνυμέα* Erechtheidis C. J. G. 196b, *Ἐροιάδην* Hippothontidis C. J. G. 172, *Περιθοίδην* Oeneidis C. J. G. 753, *Ἀθμονέα* Cecropidis C. J. G. 558b, *Παιανιέα* Pandionidis *Δελτίον ἀρχαιολ.* 1889, 53 med. saec. I, Bull. de corr. Hell. X 35. Videmus igitur Apollodorum nomen Athenis usitatissimum fuisse; quamquam enim non persaepe in libris et inscriptionibus invenitur, tamen pauca illa exempla ad octo tribus pertinentia docent, rem ut dixi ita se habere. Qua de causa iam hic adnotaverim, quod saepius inducunt homines docti argumentum ex nominum commemoratione sumptum, haud multum ei credendum esse; est enim anceps ut illud, quod dicunt e silentio.

Πασίων Ἀχαρνεὺς exstat Keil, Epigraph. Beitraege 1858 pag. 81. *Ἀναφλύστιος* Antiochidis invenitur C. J. G. 180.

Στέφανος in documentis vocatur *Μενεκλέους Ἀχαρνεύς*, alius exstat *Ἐροιάδης* Hippothontidis Dem. 59, 40, alius Leontidis C. J. G. 272. *Προβαλίσιος* Pandionidis Ross demi Attic. 5—7. *Εὐωνυμεύς* Erechtheidis Boeckh. tab. rei nav. VIIb 35, *Κηφι[σιεύς]* Erechtheidis C. J. G. 305, C. J. A. II 481 saec. I ineunt; *Κοι . . .* (?) Attalidis C. J. G. 194, *Ἐπεικ[ίδης]* Cecropidis C. J. G. 175, *Τρυ . . .* (?) Aiantidis C. J. G. 284. Denique habemus *Ἀχαρνέα* Boeckh. tab. rei nav. XVIIa 29 pag. 561 et C. J. A. III 1, 78, 1153. Stephanum illum apud

Boeckhium commemoratum eundem esse posse atque nostrum, libenter concedo, sed inde quidquam concludi posse plane nego, quoniam ut temporibus Romanis, ita omnibus temporibus fuisse Stephanos Acharnenses per se est verisimillimum.

Μενεκλῆς qui Stephani pater inducitur *Ἀγαρνεύς* aliunde non notus est, sed invenitur *Πειραιεύς* Hippothontidis C. J. G. 172, alius Erechtheidis C. J. G. 165; tertius Cecropidis C. J. G. 171.

Ἀμφίας Ἀφιδναῖος exstat C. J. G. 180.

Κηφισοφῶν Κεφάλωνος Ἀφιδναῖος Aiantidis commemoratur § 19; et exstat re vera C. J. A. II 114 in marmore anni 343 nomen *Κηφισοφῶν Κεφαλίωνος Ἀφιδναῖος*. *Κηφισοφῶν Ἀφιδναῖος* exstat C. J. G. 599. Boeckh. tab. rei nav. Xb 115 annorum 345—42, XIIIc 100 anni 328 XIVd 242 c 10 anni 325 XIIIc 98 sqq. adnot. Ex Dem. 59, 9 quoque sqq. colligi potest Cephisophontem Aphidnaeum fuisse, quamvis res non omnino sit certa. Sed aliorum quoque pagorum Cephisophontes exstant velut *Παιανιεύς* Pandionidis C. J. G. 150. Isae. 5, 5, 9. 5, 5, 12. C. J. A. II 114[1]), *Ραμνούσιος* et *Φαληρεύς* Aiantidis C. J. G. 172, *Αναφλίστιος* Antiochidis, *Αθμονεὺς* Cecropidis, *Ἑρμαιος* C. J. G. 138 et *Χολαργεύς* Acamantidis. Igitur quamquam nomen quod cum lapide fere congruit, documentum esse genuinum probare videtur, hoc minoris esse momenti puto, nam et noverant falsarii nomina Graeca eoque magis, quo erant usitatiora, et fortunae temeritati etiam hac in re sua pars est tribuenda.

---

1) cf. Kirchner, Progr. des Friedr. Wilh. Gymn. Berlin, 1890. pag. 23.

Probabile enim fit illo lapide, sed non probatur, documentum genuinum esse vel potius hic quoque notas illas fuisse, quae oratores adscripserunt, ut actor causae quid recitari deberet, intellegeret. Ac si quis melius cognoscere volet, quam non credendum sit huiusmodi casibus, inquirat in Aeschineae documentorum nomina haud dubie ficta: et illa plerumque inscriptionibus et scriptorum locis laudantur. Hoc quoque haud supervacaneum mihi videtur adnotare, cum in familiis Atheniensium nepos semper fere avi nomen acciperet, facillime si nomen cuiusdam notum erat, patris nomen addi potuisse velut ubi Calliam legimus, patris nomen Hipponicum exspectamus.[1])

Κεφαλίων seu *Κεφάλων* nomen nusquam pago addito commemoratur, C. J. G. 167. 5146. tom. III pag. XVIII adnot. 115; add. 4716d 59. 4893 add. 4936c.

Τισίας[2]) qui vocatur *Ἀχαρνεύς* aliunde non notus est, sed exstat *Ραμνούσιος* Aeschin. 1, 157.

Ἔνδιος Ἐπιγένους Λαμπτρεύς inducitur § 8. Boeckh. tab. rei nav. XIVa 13 anni 325 invenimus *Κριτόδημος Ἐνδίου Λαμπτρεύς* Erechtheidis, itemque C. J. A. II, 408 *Επιγένης Λαμπτρεύς*. Nomen *Ἔνδιος* alibi non

---

1) Aristoph, Av. 282:
ἐγὼ δὲ τούτου πάππος, ὥςπερ εἰ λέγοις
Ἱππόνικος Καλλίου κἀξ Ἱππονίκου Καλλίας.

2) Secundum inscriptiones scribendum est *Τεισίας*; cf. Meisterhansium pag. 24. Tamen apud Demosthenem verbum mutari, id quod vult Kirchner, non probo, siquidem rationibus philologorum respondet reconstruere, quae fuerunt in archetypo.

exstat nisi C. J. G. 1690, Add. 3827i, Isae. 3, 1 sqq. Alius exstat Ἀγρυλῆθεν Erechtheidis Ross inscr. Graec. inedit. 2. Saepius occurrit

Ἐπιγένης Κηφισιεύς Erechtheidis Plato Apol. 33E, Ἐρχιεύς Aegeidis Διομειεύς Aegeidis Ross dem. Att. 69. 133. C. J. G. 115, Κυδαθηναιεύς Pandionidis C. J. G. 213, ἐκ Κοίλης Hippothontidis C. J. G. 158; Μελι[τεύς] Cecropidis C. J. G. 305. Επιγ. Δίου Μελιτεύς Bull. de corr. Hell. IV 220; XI 263. C. J. A. II 481.

Σκύθης Ἁρματέως Κυδαθηναιεύς exstat § 8. In titulis Σκύθης non invenitur nisi C. J. G. 1002. 3598. Ἁρματεύς vero neque in inscriptionibus neque in libris alibi legitur.

Δεινίας Θεομνήστου Ἀθμονεύς Cecropidis § 55 invenitur. Atque Theomnestum fuisse filium Diniae, apparet ex Dem. 59, 2 et 16, quare etiam Theomnesti avo more Atheniensium notissimo Theomnestum nomen fuisse, ut hoc testimonio confirmatur, ita per se est verisimile. Δεινίας Ἐρχιεύς Aegeidis occurrit Dem. 20, 146. 151, Φορμίδου[1]) Κυδαντίδης Aegeidis in documento Dem. 59, 123; Ἁλαιεύς Aegeidis C. J. G. 208, Boeckh. tab. rei nav. Xb 90, Στειριεύς C. J. G. 199 et Ὄαθεν Pandionidis Ross Dem. Attic.

---

1) Φορμίδης seu Φορμίδας nunquam alibi occurrit. Cf. C. J. G. 172 Φόρμιδος, quod num sit genetivo casu dictum, diiudicari nequit. Mirum est, quod hic Dinias testis inducitur, cum alius, de quo hic quoque res est, socer sit Apollodori. Equidem non dubito, quin falsarius Diniae nomen ex oratione sumpserit, cum ei verisimile esse videretur, socerum testatum esse pro Apollodoro.

137—138, *Χολλείδης* Leontidis Ross. Dem. Attic. 5, *Προςπάλτιος* Acamantidis, *Ἀγρυλῆθεν* Erechtheidis C. J. G. 293. Alius Hippothontidis exstat C. J. G. 169.

Θεόμνηστος legitur *Ραμνούσιος* Aiantidis C. J. G. 172. *Ξυπεταιών* Cecropidis C. J. G. 178. *Κυδαντίδης* Aegeidis C. J. G. 183. *Ἀχαρνεύς* Oeneidis C. J. G. 186. 606b, *Παιανιεύς* Pandionidis C. J. G. 199. C. J. A. II 873 fin saec. IV. Athen. Mitteilg. IV 324 anni 305/4.

Errata:

Pag. 48 l. 21 verba 'legimus' et 'apud Polybium passim occurrit;' permutanda sunt.

Theses.

I. Verba Dem. 35, 10 usque ad § 15 *κατὰ τὴν συγγραφὴν ταύτην* in cod. Σ omissa interpolata sunt.

II. Dem. 46, 10 in orationis contextu aut *ὅτι μαρτυροῦσιν* aut *ὑπόδικον* scribendum est.

III. Verba Dem. 46, 14 *ὥςτε μήτ' ἀπειπεῖν μήτ' ἐπιδικάσασθαι* uncis includenda sunt.

IV. Germanicus Caesar, Octaviani nepos, Aratea nondum in lucem emiserat, cum Ovidius ei Fastos dedicavit.

V. Hygin. Astron. III 8 legendum propono: Cepheus .... tanto dissidet intervallo pedibus a cauda Arcti minoris sqq.

Vita.

Henricus Theodorus Schucht natus sum a. d. III. Kal. Februar. anni h. s. LXVIII patre Ferdinando, quem adhuc vivum colo, in vico Borussiae Orientalis, cui nomen est Liebwalde. Inde ab autumno anni LXXVII gymnasium Marienburgense adii, quod tum auspiciis M. Hayduckii, mox R. Martensi florebat et nunc floret: quos viros optime de me meritos grata prosequor memoria. Vere anni LXXXVII maturitatis testimonium assecutus, ut studiis philologicis et historicis operam darem, in academiam Albertinam Regimontanam me contuli. Sodalis fui proseminarii philologici per tria semestria, seminarii sodalis per tria semestria, per duo senior.

Audivi viros inlustrissimos:

Baumgart, Friedlaender, Hahn, Hirschfeld, Jeep, Ludwich, Ruehl, Schoene, Schubert, Thiele, Tschackert, Walter.

Quibus omnibus studiorum meorum fautoribus maximas ago gratias; inprimis autem Alfredi Schoene praeceptoris carissimi benignitatem semper pia tenebo memoria, qui ut aditum ad bibliothecam suam clarissimam liberalissime mihi patefecit, ita opera et consilio optime me adiuvit.

Dissertatio, quam nunc publici iuris facio, pars est libelli a. d. XV Kal. Febr. anni XCI ab amplissimo philosophorum ordine praemio ornati; examen quod vocant rigorosum, absolvi a. d. III. Id. Decemb. a. p.

Gaylord
PAMPHLET BINDER
Syracuse, N. Y.
Stockton, Calif.

P
3
S

Stanford University Libraries
3 6105 012 204 744

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
CECIL H. GREEN LIBRARY
STANFORD, CALIFORNIA 94305-6004
(415) 723-1493

All books may be recalled after 7 days

DATE DUE

JUN 3 0 1998

F/S JUN 30 1996